श्रीगीतगोविन्दः

GITA GOVINDA

JAYADEVAE POETAE INDICI
DRAMA LYRICUM.

TEXTUM AD FIDEM LIBRORUM MANUSCRIPTORUM
RECOGNOVIT, SCHOLIA SELECTA,

ANNOTATIONEM CRITICAM,

INTERPRETATIONEM LATINAM

ADIECIT

CHRISTIANUS LASSEN,

PROFESSOR BONNENSIS P. E.

SOCIETT. ASIATT. BENGAL. ET BRITANN. NEC NON SOC. REG. SCIENTT. NORVAG.
SOCIUS HONOR.

BONNAE AD RHENUM
IMPENSIS LIBRARIORUM KOENIG ET VAN BORCHAREN.
MDCCCXXXVI.

PROSTAT LONDINII ANGLORUM APUD BLACK ET ARMSTRONG,
ET
LUTETIAE PARISIORUM APUD HEIDELOFF ET CAMPE.

VIRO

EXCELLENTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

LIBERO BARONI

STEIN AB ALTENSTEIN

AUGUSTISSIMI ATQUE CLEMENTISSIMI BORUSSORUM REGIS MINISTRO
SUPREMO PUBLICAE INSTITUTIONIS RERUMQUE ECCLESIASTICARUM PER REGNUM
BORUSSICUM ANTISTITI CET. CET.

LITTERARUM INDICARUM FAUTORI AC PATRONO MUNIFICENTISSIMO

HOC CARMEN

TENUE EXIMIAE OBSERVANTIAE DOCUMENTUM

SACRUM ESSE VOLUIT

EDITOR.

PROLEGOMENA.

I. *Jayadêvas*, cuius carmen Gîtagovinda, i. e. quo celebratur Govindas vel Krishnas, cf. XII, 28. a Wilhelmo Jonesio Anglice conversum satis inclaruit, pauca tantum de semetipso testimonia memoriae tradidit; quae colligere oportet, antequam ea referamus, quae de eo aliis ex fontibus aut re vera innotuerint aut veritatis quadam specie induta hoc nomine venditentur. Ac primum quidem ipse docet, se oriundum fuisse e Kinduvilva, quo nomine utrum vicus intelligi debeat, an familia sacerdotalis, disceptatur; neque, si nomen est loci, appareat, in quanam sit Indiae provincia indagandum. Rem minime expediunt scholiastae; vid. ad III, 10. Edoctus fuerat Jonesius (Cf. Ass. Ress. III. 183. ed. Lond.) duas fuisse istius nominis in India urbes, unam Kalingensem, alteram Burdvanensem, ab huius autem incolis celebrari Jayadêvam tanquam popularem *). Tertiam eiusdem nominis urbem in Tìrabhukti sive provincia Mithilensi exstare, certior factus sum a Viro illustrissimo, COLEBROOKIO, quo fit, ut etiam Mithilenses eodem quo ceteri poematis loco freti, poetam nostrum sibi arrogent. Verba, pro

*) »*Kénduli* (sic hodie contrahunt nomen) many believe to be in Kalinga, but since there is a town of a similar name in *Burdvan*, the natives of that place insist, that the finest lyric poet of India was their countryman, and celebrate in honour of him an annual jubilee, passing a whole night in representing his drama and in singing his beautiful songs.«

ea qua mea fovit studia vir ille Indicarum litterarum facile princeps benignitate olim mecum communicata, infra posui *). — Contentio vel dimidio minor est quam ea, quae quondam Graeciam agitavit, itidem inferior poeta, at aeque difficile iudicium, licet aetatem respiciat quaestio, a nostra haud ita magno spatio distantem.

Addendum est eis, quae mox posui, populari Vishnuitarum traditione referri Kinduvilvam urbem ad viciniam Gangis fluminis. Confer sis quae disputavit Vir Celeberrimus WILSO, professor Oxoniensis, Ass. Ress. XVI, 52. Congruit autem hoc cum opinione Jonesiana, siquidem Burdvanensem regionem alluit Ganges.

Atque id primum in aperto est, quomodo oriri potuerint ex eodem versu dissensiones tot, tantaeque; nam verba poetae, quibus semet ipsum lunae ex oceano Kinduvilvae exsurgenti aequiparat, haud uni obnoxia sunt enarrationi. Quod satis demonstrant varia scholiastarum interpretamenta. Pro Kalingensibus militatur Oceanus ipse. at enim vero, si reputaris, figurate dici posse oceanum, quandoquidem ex eo originem traxerit Deus Lunus (vid. Râm. I, XLV, 39), cadit totum, quo freti sibi Jayadêvam vindicant Kalingenses, argumentum. Tum enim sese dicit Jayadêvas exsurrexisse e Kinduvilva, sive nomen id sit loci, an gentis, tanquam Deum Lunum ex oceano primaevo, neque opus est situ in vicinia fluminis, ne dicam oceani. Ultra urgenda esse verba minime credo et iactat poeta, aut natalium sedem aut gentem sua gloria fuisse illustratam. Quas habeant Mithilenses suae opinionis rationes, non assequor, praeter nomen.

Quae quum ita sint, dubius haereo, licet traditio Vishnuitarum mihi persuadeat, ut Burdvanensibus potissimum Jayadêvam ascribam.

---

*) »Jayadeva is by the *Maithilas* said to be their countryman. In *Tirhut*, a town on the *Belan* river near *Jhenjhâr-pur* bears the name of *Kendôli*, supposed to be the same with *Kendûli*. They quote in support of their claims the following from Jayadeva in his own praise (III, 10): »किन्दुविल्व° by Jayadeva like the husband of Rohinî, rising from the sea of *Kindu-Vilva*. — Kilva- (sic) Vilva is a family of *Maithila Brahmans*.« —

Nomen patris Bhojadêva, matris Râmâdêvî ipse posteritati tradidisset noster, si eius esset, quod fine poematis legitur distichon. Attamen post conclusionem poematis id παρέλκει, inseruisset notitiam, qui est mos suus, Jayadêvas cantilenae cuidam, et movet nomen Bhojadêvae suspicionem, quam in annotatione in medium protuli. Potest tamen indicata esse, qua vixerit aetate Jayadêvas mentione Bhojae regis, qui inter annos p. Chr. n. ML. et MC. regnavit. Vid. Toddium et Colebr. in Trans. Soc. As. Lond. I. 223. 231. Nimirum ita, ut istis versibus dictum sit, posteriorem esse Jayadêvam Bhoja et poetis annumerandum, qui post Bhojam mortuum floruerint. Nam eadem aetas utrique tribui non potest. De qua re mox dicam. Uxoris nomen Padmâvatî carmini inseruit poeta. X. 9.

II. Videtis haec exigua esse, neque eiusmodi, ut inde, quod maioris nobis esset momenti, de aetate, ceterisque Jayadêvae rebus certi quid erui possit. Nota est opinio Jonesii, sive potius magistrorum Indicorum, a quibus Indicis litteris instituebatur, anteriorem fuisse Jayadêvam Kâlidâsa, quam sententiam vix hodie ullus suam faciet. Redolet enim Gîtagovinda indolem aevi longe posterioris. Sermo, licet à calamistris Bhavabhûtis, atque a dumetis Nalodayae aeque abhorreat, et ad nitidam Kâlidâsae elegantiam saepius accedat, verborum interdum quam rerum est studiosior et a tautologia non prorsus alienus; interdum nimis sane lusitat in eadem imagine varianda. Participiales adiectivorum a nominibus oriundorum formae (nam denominativum eiusdem originis verbum non ubique assumendum est) a recentioribus poetis omnino magis frequentantur, quam ab antiquis; cf. quae annotavi ad Hitop. I. d. 9. Kâlidâsae tamen, ut taceam Bhavabhûtem, minime sunt inusitatae. Exempla per Gîtagovindam haud pauca inveniuntur. Magis memorabilia sunt, quae IV. 10 leguntur, denominativa verba, quandoquidem composita nomina in verborum formam abiere, qualibus vix usus fuisset Kâlidâsas. Ad certam aetatem tamen ea referri posse longe absum ut credam. Magis huc facit versuum ratio, quae a cantilenis Sanscriticis apud anteriores aliena est et in Sanscritam a Prâcriticis linguis tralata videtur. Accedit concinen-

tia finalis et allitteratio in mediis versibus, utrumque rarissimi, si ullius, apud antiquos in Sanscrito carmine usus. Recentioris denique aevi indicium est usus vocabulorum technicorum, scholam prodentium, uti ex. gr. ea, quibus amantium genera insigniuntur, वासकसज्जा, खण्डिता, कलहान्तरिता, VI, 8. VIII, 9. IX, 1.

At his tamen certi quid non evincitur, licet satis patefiat, falsum esse Jonesium. In prorsus contrariam sententiam discessit WILSO, professor Oxoniensis clarissimus, qui ad hunc fere finem disputat, ut poetam nostrum ad saeculum decimum quintum p. Chr. n. detrudat. Censet enim (Ass. Ress. XVI, 37.) Râmânandam versus finem saec. XVti vixisse, Jayadêvamque eius asseclis annumerat; unde sequitur, ut is ante hoc tempus vixisse non potuerit. quam opinionem informasse videtur vir, mea laude maior, ex opere populari *Bhaktamâlâ.* Valde tamen addubito, an legitima sit ista conclusio. primo enim loco inter discipulos Râmânandae diserte referri non credo Jayadêvam, et, etiamsi referretur, facile fieri potuit, ut sectatores Râmânandae sibi arrogare studuerint poetam clarissimum et dogmatis, quae carmine suo professus sit, Vishnuitarum tribui gratissimum. Deinde si indolem carminis respicis, aetatem magis auream id redolet; quod tamen felici imitationis studio tribui potest. At enim vero numerus commentariorum, quem quintarium equidem exploravi, indicio est, paullo antiquius esse carmen, quam quod ratus sit Wilso.

At haec probabilia tantum sunt; restat unum, quod ad certius quid fortasse perducat. Memorat Jayadêvas (I. 4.) inter poetas suos aequales *Gôvardhanam*, poetam sibi probatum, amatoriis argumentis tractandis clarentem, aemulatoribus non carentem. Novimus autem eiusdem nominis poetam, cuius poematum liber, *Sapta Çatî* inscriptus, a Colebrookio laudatur (As. Res. X. p. 401.) duodecimo saeculo non iuniorem, si recte disputavit Wilso (Dict. Sanscr. ed. I. praef. p. XI. XXXI.). Qui cur diversus sit ab eo, quem noster isto versu praedicat, praeter opinionem istam Wilsonis, tam longe abest ut idonea sit ratio ulla, ut multo potius Gîtagovindae indoles id saeculum ipsa indicet. Vacillat

autem ista opinio, si conferuntur ea, quae ipse vir doctissimus alio loco de Jayadêva disserit. *Kuvalayânandam* enim, commentarium ab *Apyaya Dîxita* *) in rhetoricum Jayadêvae opus, *Chandrâlokam* **), conditum, eidem fere tempori adiudicat, quo vixisse debeat Jayadêvas, si re vera assecla fuerit Râmânandae; Apyaya-Dîxitam enim initio XVIti, Râmânandam fine XVti ponit. Nimirum Apyaya Dîxitas ad annos p. Chr. n. circa MDXX. et MDXXVI. refertur, vid. Wils. theatr. Indic. praef. p. XXII. et append. II. p. 388. Maius autem inter conditorem operis, enarratoremque assumatur temporis spatium, necesse videtur. Accedit traditio, qualiscunque illa sit, supra memorata, iuxta quam Bhojae regis aevo paullo recentior dici videtur. Quae optime congruit cum eis quae aliunde de Govardhana explorata habemus. Diem enim quum obierit Bhojas supremum versus annum MC. paullo posterior fuit re vera Jayadêvas, si Govardhanae, duodecimo saeculo florentis poetae, fuit, uti ipse asserit, aequalis. Itaque, ut summam ponam huius orationis, et Govardhanae mentio, et distichon G. G. XII, 30. ad annum fere MCL. refert Jayadêvam; nec tanti habenda esse videtur traditio libri popularibus fabulis referti, Bhaktamâlae, ut ea impugnetur nostra sententia. Atque congruit cum hac aetate etiam poesis indoles, quae in Gîtagovinda cernitur, aevo potius vindicanda, quod Ratnâvalim, Vrihatkatham et similia poemata nasci vidit. Pro certa tamen sententiam meam venditare nolo, et manebo, antequam diiudicatam litem censeam, dum Chandrâlokam, Jayadêvae ipsius opus, perscrutatum fuerit, quippe qui vix dubitem, quin inveniantur in eo indicia, quibus accuratius haec quaestio tractari queat. Dogmata autem in Gîtagovinda obvia in argumento chronologico non adhibebit, qui intellexerit, plus una Vishnuitarum secta eis posse uti ad Jayadêvam sibi vindicandum. Neque enim primum a Râmânanda inventa est doctrina, qua

---

*) Catalog. Msstt. Mackenz. ed. *Wilson*. I. 116.

**) Alia eius scripta laudantur Mackenz. Catal. I. 13. et in praefat. Colebrookii ad Hitopad. edit. Srîram. denique in diss. de Vedanta. Tr. Soc. As. Lond. II. 7. 10.

Krishnas et Râdha coniunctim ad summi numinis dignitatem evecti sunt, neque ad hanc istius superstitionis sectam certum est, referenda esse Jayadêvae dogmata.

Praeter rhetoricum opus, *Chandrâlokam*, Jayadêvae tribui video *) poema de Râma et Sîta, cuius qui circumfertur index *Râma Gîtagovinda* genuinus procul dubio non est. Nam गीतगोविन्द (non गीतागोविन्द, ut voluit Wilso s. v. गीत, Dict. Sanscr. ed. alt. cf. G. G. XII, 28) significat carmen, quo celebratur Govindas; quo titulo quomodo dici possit poema de Rama, haud assequor.

III. De carmine nostro quae in universum dicenda habeam, haec fere sunt. Argumentum est, ut brevibus explicem, Krishnae et Râdhae, amantium, irae, amorisque redintegratio. Idem a multis Indorum poetis tractatum est tum Sanscritice, tum dialectis recentioribus; ac praecipue quidem Brajabhakhensi et Hindica. Exemplum laudavit Colebrookius As. Res. X. 413. Quem potissimum fontem ante oculos habuerit Jayadêvas, traditionem popularem, an poema quoddam mythologicum, quaestio est, quam diiudicare nequeo; suspicor tamen eum in primis sequutum fuisse Bhâgavata purânam. Plus enim uno dramate ex hoc fonte desumptum esse scimus., ut *Vidagdha Mâdhava.* Vid. Wils. theatr. Ind. II. 293. Utut haec sint, in argumento suo tractando ita versatus est noster, ut modo Krishnam, modo Râdham, eiusque amicam canentem exhibeat, ex sua ipsius autem persona describat, quae sit uniuscuiusque harum cantilenarum ansa. Sic primo cantico amica Radhae, Krishnam per nemora quaesitanti, declarat, eum cum puellis pastoriciis vernum tempus saltando celebrare. Poetae ex sua persona loquentis est dist. I. 26. amicae distt. 27-34. Haec est poematis forma per XXII. cantica decurrens, praemissis duobus aliis (I, 5-15 et 17-24.) in honorem Krishnae. Adiicitur interdum cuidam cantico distichon eiusdem argumenti, sed musicis modulis non adaptatum, immo plura;

*) Cat. Msstt. Mack. I. p. 103. Râmagîtagovinda, a set of amatory verses, applied to Sîta and Râma, like those on Râdhâ et Krishna and by the same author.

haec ab eadem persona, quae mox cecinerat, recitata fuisse debent. Introductorii versus, quibus poeta ipse loquitur, raro unius distichi fines egrediuntur.

Hinc apparet, quo possit iure carmen nostrum dici dramaticum; ad dramaticum genus pertinet fabula in scena per diversas personas exhibita, per alternationem sermonum decurrens actio, cantica, quae e sua parte, non poetae, proferunt personae fabulae; a scena autem aliena est absentia dialogi, nec non persona poetae, suis verbis actionis vices enarrantis. Quae poeseos ex lyrico et dramatico genere mixtae forma, ut obiter hoc moneam, ea esse videtur, ex qua originem traxerit scena Indorum. Id certum est, cum cultu Vishnuis maxime coniuncta esse Indici dramatis initia. Ac genus quidem poeseos, cum choreis et musica coniunctum, ad Krishnam eiusque amores diserte refertur. संगीत, concentum, dicunt Indi poeseos, saltationis et musices coniunctionem: गीतं वाद्यं च नृत्यं च त्रयं संगीतमुच्यते। versus est initio Çirômanis, libri de re musica, positus Krishnam cum puellis suis cantica primum instituisse, asserit *Sangîta Nârâyânae* *) conditor: गोपीभिर्गीतमारब्धमेकैकं कृपासंनिधौ। Quo fit, ut persuasum mihi sit, Gîtagovinda, opere haud ita vetusto, êxhiberi nobis exemplum generis, apud Indos vetustissimi; nec prorsus absonum esset, cum lyricis hisce Indorum choreis comparare, quibus usi sunt Graeci, choros dithyrambicos.

Nam etiam festis diebus haec docebantur et docentur apud Indos cantica. *Râsa* nomen est solennitati in honorem Krishnae celebratae, cui Gîtagovindae carmina dedicata fuere. Vid. dist. I. 48. De Râsa quaedam disces ex eis, quae protulit Vir clar. WILSO in dict. s. v. et Ass. Ress. XVI, 92. Accuratiora in praesto mihi non sunt.

Canticorum ea est norma, ut octonis constent distichis, quorum ultimum in ipsius poetae laudem conditum sit; unicum est, quod numerum quintarium non superat (V, 2-6. cf. schol. ad loc.), aliud, quod propter argumentum explere debuit undenarium (I, 5-15.).

*) Uterque liber in bibl. mercat. Indic. asservatur.

Cantica haec metrorum genere utuntur peculiari, de qua re posthac dicam, et musicis erant modulis accommodata. Indicantur ad quodvis carmen modus et numerus, quibus utebatur musice. De qua re quum meum non sit verba facere, nec repetere velim ea, quae Ionesius et Patterso in Ass. Ress. disseruerunt, sat habui ad eos viros ablegare lectorem, repetitis tantum in margine definitionibus, quas ex musicis libris protulerunt scholiastae*). In dicendi genere propriam sibi habent haec carmina distributionem versuum; modo singuli versus explentur re vera sesquipedalibus compositis vocabulis, cuius rei exempla prostant I. 27. seqq. VII, 14 seqq. VIII, 2 seqq. modo, atque in hoc multum artis suae posuisse videtur noster, dimidiati sunt versus inter duas diversas personas; lege sis carmen II. 11 seqq. Utrumque genus quo-

---

*) Definitiones quotquot inveni hae sunt: *Málava:* ad I, 5. नितम्बिनीचुम्बितवक्त्रबिम्बः । शुक्लद्युतिःकुण्डलवान् प्रमत्तः । संगीतशालां प्रविशन् प्रदोषे । मालाधरो मालवरागराजः ॥ A. D. ibid. *Rúpaka:* विरामान्तद्रुतद्वन्द्वं [रूपं] रूपकस्याद्विलक्षणं । A. *Gujjari* ad I, 17: श्यामा सुकेशी मलयद्रुमाणां । मृदूल्लसत्पल्लवतल्पयाता । श्रुतेः स्वराणां दधती विभागं । तन्त्रीमुखा दक्षिणगुर्जरीयं ॥ A. D. *Nihsára:* द्रुतद्वन्द्वाल्लघुद्वन्द्वं निःसारः । A. *Vasanta* ad I, 28. शिखण्डिबर्होच्चयबद्धचूडः । पुष्णन् पिकं चूतलताङ्कुरेण । भ्रमन् मुदा काममनङ्गमूर्तिर् । मत्तो मतंगो हि (मतंगस्य D.) वसन्तरागः ॥ A. D. *Yatis* लघुद्वन्द्वाद्द्रुतद्वन्द्वं यतिः स्यात् त्रिपुटान्तरा ॥ A. *Rámakirí* v. *giri.* ad I, 39. स्वर्णप्रभा भास्वरभूषणा च । नीलं निचोलं सुतनौ वहन्ती । कान्ते पदोपान्तमधिश्रिते ऽपि । मानोन्नता रामकिरी प्रदिष्टा ॥ *Ekatáli* ad II, 11. द्रुतमेकं भवेद्यत्र सैकतालीति संज्ञिता ॥ A. *Karnáta* ad IV, 2: कृपाणपाणिर्गजदन्तपत्रं । एकं वहन् दक्षिणकर्णपूरं । संस्तूयमानः सुरचारणौघैः । कर्णाटरागः शिखिनीलकण्ठः ॥ A. D. *Desága* vel -*kha* ad IV, 11. अस्फोटनाविष्कृतरोमहर्षो । नियुद्धसंनद्धविशालबाहुः । प्रांशुः प्रचण्डद्युतिरिन्दुगौरो । देशाखरागः किल मल्लमूर्तिः ॥ A. D. *Varádi* ad V, 2. विनोदयन्ती दयितं सुकेशी । सुकङ्कणा चामरचालनेन । कर्णे दधाना सुरपुष्पगुच्छं । वराङ्गनेयं कथिता वराडी ॥ A. D. *Gunakari.* s. *Góndakiri:* रतोत्सुका कान्तपथप्रतीक्षा । संचालयन्ती मृदुपुष्पतल्पे । इतस्ततः प्रेरितदृष्टिरार्त्ता । श्यामा तनुर्गोण्डकिरी प्रदिष्टा ॥ A. D. *Bhairavi:* VIII, 2. सरोवरस्थे स्फटिकस्य मण्डपे । सरोरुहैः शङ्करमर्चयन्ती । तालप्रयोगप्रतिपन्नगीता । गौरी तनुर्नाम तु भैरवीयं ॥ A. D. *Dêsivarádi* ad X, 2: आरब्धमाननमुद्रा घूर्णयमाना -- नयनयुग्म । मुखशायिनि नितदयिते देशीवराडी भवेदौडी ॥ D. (sic) (Aryâ? देश?) *Ashtatális* ad X, 2: लघुद्रुतौ लघुश्चाष्टताली प्रकीर्तिता ॥ *Vibhása* ad XII, 2: स्वच्छन्दसंधानितपुष्पचापः । प्रियाधरस्वादुसुधातितृप्तः । पर्यङ्कमध्यस्य कृतोपवेशो भासो त्रिपूर्वः किल हेमगौरः ॥

dammodo coniungitur XI. 14 seqq. ubi duobus compositis expletur dimidium distichi, ad diversas tamen personas referendis.

Ad propria hisce canticis dictionis, versuum, musices ornamenta accessit saltatio, cuius diversa genera minutulis definitionibus enarrant variorum, qui de *Sangîta* circumferuntur, commentariorum conditores. Immo vestitum, quo uti debeat in scena quaevis persona pro affectuum qui exhibeantur diversitate, accurate describunt. Res est h. l. a me non ultra enarranda. Redeo itaque ad Gitagovindae cantilenas, quarum argumenta singulatim proponam. Prologi instar praemissa sunt disticha 1—25. duos hymnos continentia, quorum prior Vishnum celebrat, mundi rectorem et sustentatorem, alter ad Krishnam, principale huius carminis argumentum, totus pertinet. Praemissa sunt hymnis quatuor disticha, de quibus confer sis quae monui in annotatione. Concluditur autem prologus disticho suo finali I. 25.

Cantilena prima amicae est, quae Râdham, Krishnam per silvas quaeritantem, facit certiorem, eum saltando cum puellis totum esse deditum. quod argumentum uberius persequitur cantilena proxima I, 38—45, quae quarta est ab initio. Cantica V. et VI. (II, 2—9. et 11—18) Râdhae sunt, desiderium suum Krishnae cum amica querentis, eamque rogantis, ut Krishnam reducat. Cantilena VII. Krishnae est, qui Râdhae recordatus queritur, eam neglectu offensam abiisse (III, 3—10.). Cantt. VIII et IX (IV, 2—9. et 11—18) ad amicam pertinent, coram Krishna desiderium quo conficitur Râdha depingentem; itidem cantt. X et XI (V, 2—6. et 8—15), quibus ab amica exhibetur Krishnas amatae absentiam et iram dolens, atque rogatur Râdha, ut eum visitet. Râdha autem languore confecta procedere quum nequiret, amica ad Krishnam reversa, Râdhae condicionem canit cant. XII. (VI, 2—9.). Dilato Krishnae adventu, lamentatur Râdha, se ab amica fuisse deceptam, cant. XIII (VII, 3—10.); tuita deinde amicam sine Krishna reversam et suspicata, eum alius amore retineri, coram amica queritur cantt. XIV et XV (VII, 13—20 et 22—29.); felicemque praedicat illam, quae Krishnae amplexu fruitur cant. XVI (VII, 13—39.). Advenientem mane Krishnam irata increpat Radha cant.

XVII (VIII, 2—9.). Admonet eam secreto amica, ut iram dimittat cant. XVIII (IX, 2—9.). Die denique vesperascente Krishnas revertitur, Râdhamque blande alloquutus cant. XIX. (X, 2—9.) umbraculum suum petit. Râdham exhortatur amica cant. XX (XI, 2—9) ut Krishnam sequatur? iterumque, quum cunctaretur Râdha, cant. XXI (XI, 14—21.). Sequitur canticum XXII (XI, 24—31.) quo describitur Râdha, umbraculum intrans Krishnamque, amore radiantem, contemplans, a quo autem canendum sit, non dicitur; videtur amicae esse attribuendum. Idem valet de ultimo. Râdham, ab amica relictam ad se invitat Krishnas cant. XXIII (XII, 2—9.). Voluptate exsultantem Krishnam rogasse dicitur Râdha, ut ornamenta suis locis reponat cant. XXIV (XII, 18—25.). Nimirum ut modestia eius servetur, alius personae ore refertur quod dixerit Râdha.

Divisum invenimus totum poema in XII capita, quorum fines ubique indicantur distichis, quae आशिषः i. e. preces et bona verba pro salute auditorum continent. Quae disticha si omnia genuina essent, potius XIII sisti deberent sectiones; nam prologus itidem finali disticho suo I. 25. insignitus est. Accedit distichon XII. 14. quod novam indicaret sectionem, si tutarentur id omnes libri manuscripti et scholiastarum commentarii. Etiam de pluribus aliorum horum distichorum, ut ex Var. Scr. eruere facile poteris, valet, ea tum librorum dissensu et scholiastarum silentio, tum ipso argumento a locis, ubi inveniantur, alieno summopere movere suspicionem, ita ut vix possis non coniectare, scholiastarum, duodenarii numeri repperiendi cupidorum, nonnulla esse inventa. Accedit huc alia consideratio. Scimus Jayadêvam technicum esse, ipsumque in hoc argumento elaborasse (supr. p. IV. V.); unde suspicari licet, eum in carmine, quod dramatis speciem quodammodo prae se ferat, duodenarium divisionum numerum vix constituisse; denarium in fabulis actuum numerum excedere vetant artis poeticae doctores. Nova itaque divisionis ratio invenienda esse videtur, at vera tamen, quae a poeta ipso fuerit facta, repertu est difficilis, quandoquidem variant libri in omittendis distichis finalibus et varie constitui possunt carminis scenae

vel actus. Prologum praetermitto, qui satis clare a sequentibus disterminatur. Quod ad cetera pertinet, ea hunc in modum dispertienda esse mihi videntur: Canticc. III—VI, Canticc. VII—IX, Cantt. X—XII, Cantt. XIII-XVI, Cantt. XVII-XVIII, Cantt. XIX-XXI, Cantt. XXII-XXIV. Septenarius actuum numerus in scena est usitatissimus. Omittenda iuxta hanc rationem essent disticha finalia capitt. I, III, V, VIII, X et inserendum XI, 34 post XI, 22. Si ex summo qui est distichorum numero 283 deducuntur 5 disticha finalia cum tribus (XII, 14 et 29—30), quae ex aliis caussis obelo notavi, remanent 275; sed neque in hoc numero indicium inest, veram rationem a nobis esse inventam, neque in libris aliud quoddam vestigium divisionis a me propositae exploravi. Rem itaque, ut dubiam, in medio relinquam, peritioribus diiudicandam.

IV. Dicendum nunc est de *mystica* huius poematis interpretatione, quam admittit Colebrookius *), at haesitanter, strenue defendit Jonesius **). Scholiastas indigenas si consules, invenies, esse inter eos, qui disticha quaedam singula mystice interpretentur; neminem tamen, quod sciam, qui omnia hunc in modum enarraverit. Apud alios ne verbo quidem attactam repperi eiusmodi explicationem.

Repetenda autem haud dubie tota debet res ab ipso poemate, attamen quum scholiastarum saepius in hac disputatione iniicienda sit mentio, prius de Gîtagovindae enarratoribus dicam, antequam sermonem sim instituturus de mystica eius enarratione. Scholiorum conditores enumerans non possum quin eodem tempore codicum, quibus usus sum, notitiam exhibeam. Codices itaque manuscripti ad manum fuere hi:

A. Liber Jonesius No. 10 bibl. Soc. Reg. Scientt. Londin. foll. 66

---

*) As. Res. X. 419.

**) The *Hindus*-among whom we find the same emblematical theology. — The loves of Crishna and Radha, or the reciprocal attraction between the divine goodness and the human soul are told at large in the tenth book of the Bhâgavata and are the subject of a little pastoral drama, entitled Gîta Govinda. Works. IV. p. 235.

Bengalice, nitidè tamen atque accurate exaratus, sed satis recens, uti ex libri condicione apparet. Continet praeter textum Gîtagovindae commentarium *Bâlabôdhanim*, nescio cuius scriptoris; nam nomen in inscriptionibus finalibus non indicatur; initium libri hoc est: श्रीचैतन्यकृपासीधुकणोन्मत्तेन केनचित् । टीका संगृह्यते गीतगोविन्दस्य समासतः ॥ स्वयं बोद्धुमभिप्राय जयदेव महामते । क्रमेणोपक्रमादेशा ग्रन्थ्यते बालबोधनी ॥ अथ व्याकरणादीनां ग्रन्थबाहुल्यभीतितः । विवृतिर्न कृता सा तु ज्ञेया ग्रन्थान्तरे बुधैः ॥ वक्तव्यो बालबोधन्यां प्रकृतार्थः प्रकृतवेदिभिः । भावार्थदीपिकाया च भावो भावार्थलोलुपैः ॥

Interpretatio est, ut his distichis docemur, succincta; satis tamen est accurata et plerisque locis satisfacit. Multus est liber in laudandis rhetoricis et lexicographis. Reconditus sensus non tangitur, ut in praefatione professus est quicunque fuerit libri conditor: verum apparet, in alio commentario, *Bhâvârthadîpikâ* inscripto, uberius expositum esse sensum carminis anagogicum. Cuius libri vestigia in Anglia nulla deprehendi. Laudat nisi fallor A. hunc commentarium ad I. 26. sub nomine स्वामिटीका.

B. Codex Devanagaricus Chartac. bibl. merc. Indic. ex Gaikavaricis No. 119. foll. 43. 12mo. Tenet praeter Gîtagovindam etiam Çakuntalam, alia. Sine anno, neque correcte, neque distincte exaratus atque haud magni pretii.

C. ibid. ex eisdem libris No. 105. Devanag. Chart. foll. 45. 8vo. Sine anno. Textum Gîtagovindae satis mendose scriptum exhibet, a commentario adiecto saepius discrepantem, cuius rei exempla sat multa in Var. Script. protuli. Commentatoris nomen est Mâlânka; cuius exstant alia scripta similia, ut scholia in Mâlatîmâdhavam. Vide praef. Act. I. ed. Bonnens. Defluxit liber, quo usus sum, ex archetypo Bengalico; vide quae dixi in V. S. ad VII, 9. et inspice distichon auspicatorium: कवीनां मतिमालोक्य सतां च सुखबुद्धये । कृता दृप्यणिका मुख्या मानाङ्केन महीभुजा ॥ *Mânânka* enim permutatio quae legitur, eius origo in scriptura Bengalica est quaerenda. Titulus commentarii dubius est, pro *Dripyanikâ* praeferrem *Darpanikâ* vel aliud nomen. Iusto diffusior est liber, et doctrina magis quam iudicio refertus. Exaratus est negligenter.

D. Ex librr. Colebr. No. 164. bibl. merc. Indic. Devanag. foll. 76.

Samvat 1692 (A. S. 1614.) commentarium tenet sine textu. Uti tamen potui loco apographi, siquidem pleraque vocabula in scholiis repetuntur. Optimae notae est liber. Inscriptio commentarii finalis haec est: लक्ष्मीदाससतनुजेन भीषिदासेन धीमता । कारिता गीतगोविन्दटीकायां सुखदास्तु वः ॥ भीषिदासानियुक्तेन कृष्णपादपद्मसेविना (sic) । नारायणेन सुकृतं गीतगोविन्ददीपनं ॥ चेन्मदीये वै (desunt initio syllabae tres) स्खालित्यं स्यात् प्रमादतः । न कर्तव्यो ममाक्षेपो गन्तुं हि स्खलितं भवेत् ॥ इति श्रीगीतगोविन्दटीकायां नारायणपण्डितेन कृतायां भीषिदासकारितायां पादद्योतनिकायां द्वादशः सर्गः ॥ सम्वत् १६९२ ॥

Commentarius itaque hic inscriptus est *Pádadyótaniká,* quo nomine significatur, grammatici sensus esse interpretationem, non reconditi. Scriptor, *Náráyana-Panditas*, patrono usus est Bhîshidâsa, filio Laxmîdâsae. Scholia sunt optimae notae, brevia, at sufficientia et textui satis purgato superstructa, quibus ideo prae ceteris fretus sum.

E. Bengalicus est codex Regius Parisiacus, quem per duas tresve horas inspicere mihi licuit; mancus est et in verbis सा ससाध्वस- XI, 23. subsistit; mendis praeterea scatet. Instructus est textus commentario, cuius nomen nullibi inveni; desunt quae ad Cap. V, 8 et seqq. usque ad finem pertinent scholia; brevia sunt, sed satis praestabilia. Reconditum sensum nisi fallor tetigit hic noster anonymus.

Hisce expositis ad eam, unde egressus sum, revertar orationem.

V. Fateor, me summopere esse miratum, quum primum Gîtagovindam perlegissem, tam pauca reconditioris sensus vestigia in carmine repperiri, quod mystica amphibolia refertum credideram, iudicio Jonesii, a Colebrookio quodammodo confirmato, fretus; unde, uti fieri solet, nata est suspicio, praeter scholiastarum argutias nulla omnino esse istius sententiae fundamenta. Adii itaque scholiastarum commentarios, quo facto, multo etiam magis mirabar, ab uno tantum enarratore indigenà atque in paucis tantum id locis quidem, proferri anagogica interpretamenta. Simul tamen exploravi, fuisse enarratores, qui mystico sensui enucleando operam navassent; ex. gr. nomino scriptorem Bhâvadîpikae. Hinc factum est, ut mihi persuaderetur, non in superficie poematis et singulis verbis posita esse reconditioris significationis vestigia, sed altius ea esse indaganda. Pertractato denuo poemate, intellexi, satis clare indicasse

Jayadèvam, coniuncta esse cum verbis, amatorios lusus et blandimenta sensuum totis modulantibus, mysticae doctrinae elementa. Pertinet huc potissimum quod quarto cantico I. d. 45. amores Krishnae mysterium mirificum dicuntur; tum, ut alia taceam, per poema dispersa, quae in fine XII. d. 28. leguntur verba: अनुध्यानं च यद्वैष्णवं । यच्छृङ्गारविवेकतत्त्वं-तत् परिशोधयन्तु सुधियः । »quae sit contemplatio Vishnuitica, quae vera sit amoris discriminatio, eam enucleanto intelligentes ex hoc poemate.« Quae quum ita sint, investigare debemus, quod sit istud amoris mysterium, qui sit iste amor iusta discriminatione colendus. In hoc autem negotio verba tantum ipsius nostri poetae respiciam, omnino non adhibitis, quae aut aliunde prolata sunt de doctrina ea, quae summum divini numinis cultum in religione Krishnae et Râdhae ponit, aut quae nota sunt de consociatione popularis religionis cum placitis philosophorum. Cuius generis duae sunt praecipue theologumenωn species pro duabus, in quas divisa est apud Indos seriorum temporum religio, sectis; una est doctrina Pâçupatorum, qui Yogam Patanjalis Çivaiticae religionis doctrinae supponunt; altera, Pâncharâtrorum, qui Vishnuiticae religioni adhaerent, et Bàdarâyanae placita et Patanjalis mysteria ascetica cum cultu Vishnuis componere student. Utraque satis est antiqua, utpote quae epicis poetis iam innotuerit. Vid. quae observavit Vir summus COLEBROOKIUS Transs. Soc. As. Lond. I. 575.

In plus una secta discessere et Pâçupati et Pâncharâtri sive potius Çivaitici et Vishnuitici; posteriorum est haud dubie ea doctrina, quam sequuntur ii, qui Krishnae nomen numini praeoptant, et consortem eius faciunt Râdham, cuique vindicatur poeta noster. Exstant amplissimae de hisce sectis WILSONIS, viri harum rerum peritissimi, dissertationes in Voll. XVI et XVII Ass. Ress. Quibus tamen non utor propter solam hanc rationem, ne confundam Jayadèvae dogmata cum quavis istarum sectarum. Exigua enim sunt quae cernere licet, interdum cuiuslibet discrimina, neque constat, quamnam potissimum sequatur Gîtagovindas; in periculum igitur incurrerem confundendi, quae debeant disiungi; multoque magis ideo placet, e verbis poetae singulatim per-

tractatis eruere, quae ponenda sit eius doctrina. Facile ceteroquin distinguuntur, quibus reconditior sensus lateat, versus; hos solos perpendere debemus, praetermissis eis, qui divinam Krishnae et Râdhae naturam oblivioni quasi tradunt et prorsus humani amoris vices eis et attribuunt et attribuere sane debebant, si poeseos rationes non omnino perturbatas et obscuratas volebat poeta.

In prima itaque poematis parte, qua describitur Krishnas promiscui amoris illecebris deditus, fine descriptionis I. 45. indicasse videtur poeta *mysterii* vocabulo I. 45. humanum amorem non esse intelligendum. Quae suspicio in certitudinem convertitur, si distichon mox sequens comparatur. In eo primum sese offert vox विश्लेषं, qua, uti in annotatione observavi, indicatur, sensum a puellis earumque amore transferendum quasi esse ad universitatem rerum. Amore nimirum universali existentia omnia complecti dicitur Krishnas; मुग्ध, indiscriminans, autem quum aeque dicatur, quaeritur quo sensu hoc vocabulum intelligendum sit. Si universalem Krishnae amorem ita dictum ponimus, ut sit numinis benevolentia erga omnia animantia, indiscriminans esse debet, id est, qui non praeoptet et discrimen faciat iuxta morem hominum, sed qui, irae et studii expers, ne malos quidem amare cesset. At minime tamen cum poematis tenore hoc consonaret, quandoquidem discriminatio in amore ipsa est, ad quam demum, tanquam verum amorem, revertatur Krishnas. Mysterium praeterea non dicit poeta dist. antec. divinitatis, quae rerum est creatrix et gubernatrix, summa iustitiae et benevolentiae idea, sed mysterium amoris et alter dicitur h. l. amoris deus Krishnas. Ad hanc amoris, non divinae aequanimitatis significationem pertinent etiam cetera, quae hoc disticho ponuntur. Omnes favore suo exhilarat, inaugurat *) festum Amoris Krishnas pulcritudine sua; nam hoc sensu accipienda sunt, quae leguntur vocabula श्याम et कोमल;

*) उपनीत eodem sensu legitur IV, 18. initiatus. अनुरञ्जय् est satisfacere desideriis cuiusvis; cf. रञ्जय् Hitop. IV, 99.

postremum per se patet, prius, *nigrum*, in aperto est, non sine tralatione dictum esse; nam ab origine nec pulcritudinem, neque amorem indicasse certum est; aeque falsum esse reor, si quis dixerit, antiquitus nigrum colorem attributum fuisse Krishnae ad alterutram qualitatem indicandam atque hanc ob caussam veritatem non assèquutos fuisse scholiastas dixi. Quae quaestio a nostro loco aliena est et id tantum quaerendum, cur h. l. nigri Krishnae coloris potissimum mentionem iniiciat poeta. Ad hanc quaestionem recte respondit scholiastes, qui amorem nigrum esse contendit.

Re vera enim octonis, quos ponunt Indi, *saporibus* singulis colores attribuunt suos, amori nigrum; Vishnum amoris praesidem etiam faciunt. Vid. Wils. Ind. th. introd. p. LX. Forma Krishnae igitur istis epithetis et amorifera et bella dicitur. Denique additur hem. *c.*, omnes Vrajae *) puellas Krishnam membratim et sponte sua amplexas esse.

Hisce expositis, apparet, quo sensu accipiendum esse indiscriminati cognomen. Universalis est amor Krishnae, qui idem amatur ab omnibus, a rurigenis Vrajae puellis aeque atque a Râdha; nunc autem totum se tradit illis, huius oblitus, ideoque veram in amore discriminationem nondum intellexit, aut potius eius est oblitus.

मुग्ध igitur est Krishnas, utpote qui sit साधारणप्रणय, II. 1. inclinatione in omnes propensus, et qui negligens sit praestantiae Râdhae, (उत्कर्ष, *ibid.*).

---

*) *Vraǵa* nomen est regionis circa Agram ad Yamunam, quam incoluit Krishnas pastor iuvenilis. Vocis potentia est caterva, tribus, potissimum bubulcorum. Quum idem vocabulum ab origine *vulgus* sit, etiam id primum ad vitam *pastoriciam* pertinuit. Syllaba enim *ra*, si transpositio est pro *ar*, id est, augmentata vocali *rĭ*, post *labiales* in Latinum *ul* transire solet. *u* debetur labiali, ut apud Indos in पुर- a पृ, quae vis etiam cernitur in Zendicis *pô*-, *vô*- *mô* pro *pa*, *va*, *ma*, ex. gr. *póuruta*, *môuru*, *vôhu*. L pro R autem praecedenti vocali debetur. Exempla Latina sunt *vraǵa*, *vulg*-us; *vran'a*, *vuln*-us; *b'râǵ*, = *b'rĭǵ*, *fulg*-eo; etiam in *ṛĭ* cadit eadem mutatio: *vṛĭka*, *vulp*-es, = *lupus*; *mṛĭǵ*, *mulg*-eo; mulier ab origine est *mulgier* et vox pastoricia, ut Indorum *duhitṛĭ*, a mulgendo, non a sugendo. Adde: *mrĭd*-u, *mrad*-îyas, *moll*-is pro *muld*-uis. Scatent pastoriciae vitae vestigiis linguae *Ariacae*. Praeterea etiam *ur* invenitur Latinum per Sanscritico *ar*; sed hoc huc non pertinet, neque, cur non sit haec mutatio verbi *frater*, aliorum.

Propensio autem talis vitiosa est habenda; quod ipse indicat poeta eo, quod *novus* dicatur Krishnas II. 21. quum primum, puellarum despicatus amorem, Râdhae sit recordatus. Vitium hoc quod in Krishna esse apparet, repetendum est a summa quae sit in eo benevolentia et misericordia; nulla enim alia Krishnae virtus saepius celebratur; conspicua quidem ea est praecipue in sedandis malis, quae ex aevi huius, *Kali* dicunt Indi, depravitate oriuntur. Vid. I. 19. 20. 22. II. 8. V. 15. VII. 20 etc. Procedit itaque quod in Krishna vitiosum videtur, non a vitio quodam ei inhaerenti, sed a benevolentia atque amore, quo mundum amplectàtur universum et voluptatis gaudiis laetificet. Pars autem mysterii in hac ipsa re posita est, quod iuvenis divinus mundo huic datus, verae amandi rationis oblivisci possit, ita ut non discriminet, quid verus, quid falsus sit amor, et revocandus sit ab errore. Remedium vitiosae propensionis Râdhâ est et ad mysticam totius carminis interpretationem potissimum facit quod initio cap. III. legitur distichon.

Fraenum heic dicitur Râdhâ, quo coerceantur imaginationes e mundo sensili oriundae, vel ut Indico utar vocabulo, e Sansâra, i. e. e rerum externarum orbe perpetuo revolvente, atque in gyrum suum mentem abripiente. Manifestum igitur est, puellis istis innumeris nil aliud significari, quam res sensiles, quarum oblectamentis et deliciis quum obstrictus sit animus, irrepit in mentem eaque potitur occupatio cogitationis in rebus sensilibus imaginandis. वासना enim informatio est rerum in mente, habitatio quasi (वस्) imaginum, quibus res sensiles comprehenduntur, in mente. Cf. schol. ad III. 1. Reciprocato autem iterum iterumque rerum externarum gyro, recurrit semper earum imaginationum recordatio, quae nisi cohibeatur et refraenetur, perpetuo imaginum decursu obruat mentem et perdat, necesse est.

Imaginationes istae, e mundo sensili oriundae, quum in mente totae insint, neque extra mentem possint exsistere, consequitur, ut sub Krishnae nomine intelligenda sit mens. Mentem dico simpliciter, non mentem summam, uti fecit scholiasta ad I. 46.

Nam mens eadem est et in homine et in deo et manat mens humana,

tanquam e capite suo, e mente divina. Verum enim vero mens summa, vere divina, implicari non potest ipsa rebus, quemadmodum implicatur Krishnas, nisi quasi e gremio adyti sui exierit in mundum et vices mundanae existentiae subierit. Subit autem humanam condicionem sive potius subire videtur mens divina, quum corpus humanum vel quod humano more agitetur, induat. Ideo falsum esse reor interpretem, qui Krishnam, anagogico carminis sensu, summam numinis mentem appellat; mens est originis divinae, sed humanis mentis condicionibus obnoxia. Est ut uno verbo dicam quod sentiam, Krishnas mens divina in homine manifestata; et mentis humanae imaginem potius Krishnam dixisses, si ullus in Indorum placitis esset talis discriminis usus. Scintilla est divinae animae universae quae, corpore humano inclusa, individuae animae speciem prae se fert. Cf. Colebr. de Vêdant. in Transs. Soc. As. Lond. II. 23. Krishnas itaque deus, humana specie indutus, hominibus associatus, atque eorum ut videtur unus, vera est imago mentis, quae eadem in hoc mundo humana videtur et sensuum atque elementorum actione agitatur, licet originis sit divinae et in fontem suum, quasi in oceanum gutta, possit recolligi. Animamne dicam (आत्मन्), mentemve (बुद्धि), an denique spiritum rerum animatorem (जीव), nescio, doctrinae quam sequutus sit Jayadêvas philosophicae adhuc ignarus. Id certum est, doctrinam eius prorsus discrepare a Sankhyicis, quorum anima plane orbata sit actione. Originis huius divinae alte insidet in mente memoria, quae dum dormitare videtur, mundi pulcritudine, rerum deliciis, sensuum deliratione quasi sopita, interdum expergiscitur; qua expergefacta, vigilat mens, desiderii plena, ut dulcem pristinae condicionis serenitatem recuperet. Discriminare tum incipit mens et perspicere, amorem, qui cordi sit insitus, in res vanas et futiles fuisse productum; pertaesum est eam rerum sensilium, fallentium, labentium; defigere cupit amorem in re, quae stabilis sit et veram atque aeternam suppeditet voluptatem. Defigit, ut carminis utar imagine, Krishnas in corde suo Râdhâm, tanquam rem unam, quae vere possit desideriis suis satisfacere.

Difficilior est quaestio, cuius rei imago sit Râdhâ. Consideremus pri-

mum locos singulos. Dicit Krishnas III. 6. quid in silva Râdhâm quaero? insita illa remanet in corde. In ipsa igitur mente, non in externarum rerum orbe est quaeritanda. Defixus est animus in contêmplanda summa eius pulcritudine (III. 15. लग्नसमाधि मनः). *Contemplatione* defixus quum dicatur animus, res significatur, quae meditatione sit obtinenda et amplexanda. Contemplationem Râdhae ipsi amica tribuit IV. 21: Contemplatur Râdhâ, solitudinem colens, te amatum, tanquam solum solatium.« Dulcium imaginationum oceano immersa, meditationi sese tradit Râdhâ VI. 10. A Krishna olim non separatam, nunc seiunctam semet esse dolet Râdhâ IV. 22. VIII. 6. Occupat Râdhâ animum variis *meditationis* generibus VI. 11. Id enim significatur verbis आकल्प, विकल्प, संकल्प; cf. quae docte disputavit Windischmannus meus Sancara p. 24. quartum genus quod posuit poeta, तल्परचना, technice nisi fallor कल्प appellatur, ita ut quatuor praecipuis meditationis generibus occupata dicatur Râdhâ. Obiter moneo, doctrinae huius originem cum Windischmanno non apud recentiores Vedanticos esse investigandam, sed in Yoga Patanjalis.

Summa porro est Râdhâ pulcritudo, quae omnia pulcritudinis elementa, in nulla nympharum divinarum congregata, sola in se accumulat (X. 15.); divina est pulcritudo, sed in terram delapsa. Tam pulcra est, ut vel parum arridendo animum ad se rapiat (XI. 22.); atque ex eius pulcritudine arma sua mutuari possit amoris deus (X. 14.). Genus autem est pulcritudinis, quod ad contemplationem evehat mentem (III. 15.), quod fascinet, ipsam tamen fascinationem dispellat essentia sua divina. (X. 12.). Hospitalis denique est Râdhâ et benigna vel erga hospitem sero divertentem et multae errationi deditum (VI. 12.); amoris est plena et ipsa obviam ire molitur amato (VII. 30.). Dolet magis quam irascitur, cognitis amasii delictis; reconciliata ultra modum amatum fovet. (XII. 12.)

Pulcritudinis, benignitatis, amoris constantis, exemplar quum sit Râdhâ, divinam benevolentiam eius persona significari asseruit Jonesius. Quae iusto arctior esse videtur notio; licet id certum sit, benevolentiam contineri eis, quae de Râdhâ praedicantur. ईश्वरप्रसाद, gratia numinis erga homines (cf. Colebr. de Vêdânta. Transs. Soc. As. Lond. II. 38.) ta-

men ex opinione Jonesii potius esset ponenda; at sunt quum alia quae impediant, quo minus in hanc discedam sententiam, tum potissimum hoc, quod remedium sit Râdhâ, quo coerceantur imaginationes rerum sensilium (III. 1.). Remedii autem id ab omnibus Indicis philosophis ponitur in *cognitione* veri, et tenendum est, meditationis genera attribui Râdhae VI. 11. cf. supra. Râdhâ igitur ex opinione mea est *contemplatio* numinis, aut, si mavis, pulcritudinis et benignitatis divinae. Contemplatio enim est, quae mentem abstrahit a rebus externis, ab imaginationibus fallacibus, eamque reducit ad considerationem rerum, quae sola digna sunt consideratu. Fugit et repudiat contemplatio mentem sensibus possessam, obviam it et sponte invisit mentem, sibi devotam, quemadmodum Râdhâ Krishnam. Pulcerrima est utpote quae rem pulcerrimam intuendam praebeat, divinam numinis naturam; benigna est, quae vel sero ab errationibus reducem animam hospitio suo dignet. Dolet autem separationem a mente, in qua inerat ipsa, antequam in mundanae vitae vices illa esset delapsa; atque hoc est mysterium amoris, qui inter mentem et contemplationem intercedit, quod mens, licet blandientibus sensuum oblectamentis distrahatur et vanis imaginationis fictionibus occupetur, non omnino perdat memoriam beatitudinis, quae ex cognitione veritatis percipiatur, et revertatur tandem ad discriminationem, quae fallacia sint in amore, quae vera et isto nomine digna. In contemplatione autem amoris est genus patiens (patiendi docilis dicitur Râdhâ IV. 21.), quo exspectet, dum ad semetipsam revertatur mens nec pulcritudinem suam praebeat contemplandam menti, nisi ipsa mens sponte sua alias occupationes respuat et solo veri amoris desiderio teneatur. Reversae autem ad se menti impertit summam laetitiam, qua qui potitus sit, eius satisfactum sit desideriis, nullaque remaneant vota, quae sint explenda (तृप्ति XII. 11.). Mentem autem solam amat contemplatio, quia sola sit mens, cui facultas data sit contemplandi.

Haec igitur est ex opinione quidem mea carminis huius significatio recondita, quae sub amoris imaginibus satis lascivis lateat. Videtur omnino poeta plus operis posuisse in depingendis amoris condicionibus

sensilis, quam intellectualis istius desiderii, quo ad divinarum rerum cognoscendarum contemplationem rapitur mens. Nam dispersa per totum poema sunt satis exigua anagogici sensus vestigia. Quam ob caussam nimis urgere nolui singula poetae verba, et incertus haereo in nonnullis, utrum mystice accipienda sint, necne. Exempli gratia nomino nunciam, quae si praeter poeticum sive dramaticum usum alius rei caussa sit exhibita, perceptionem vel memoriam significare debet. Indi utramque rem eidem mentis facultati मनस् attribuunt. Sed haec et alia doctioribus aut talium disquisitionum amantioribus enucleanda relinquo.

Restat quaestio, ad quamnam religionis Indicae sectam et ad quamnam philosophorum scholam pertinuerit Jayadêvas. Prima facillima est diiudicatu; nam praeter hymnum qui initio positus est in honorem Vishnuis, ad Harem et Laxmîda fine carminis recurrit poeta (XII. 27.); unde satis apparet, eum non esse eorum, qui Krishnam et Râdham ad Vishnuis et Laxmîdos dignitatem evehant eosque summi numinis loco ponant. Divina tribuuntur Govindae opera per Gîtagovindam, sed totum numen non est neque ei tota numinis maiestas tribuitur. Errant itaque qui ad adoratores solius Krishnae et Râdhae poetam nostrum referant, licet non infitias eam, eum praecipuo cultu hasce Vishnuis formas fuisse prosequutum. Cf. I. 12. cum annot. et quae mox de isto loco addam. Altera magis est intricata, at id statim manifestum est, Jayadêvam non legitimae cuiusdam scholae, ne Vêdânticae quidem, placita per hoc poema professum esse. Sunt autem mixti generis philosophi, Pâncharâtri dicti, qui, uti supra observavi, doctrinam tenent e religionis Vishnuiticae dogmatis et philosophorum placitis commixtam. Horum placita si Jayadêvae non fuere, prorsus similia certe eius animo obversabantur. Res est mihi satis veri similis, quamvis haud nimis accurate de Jayadêvae philosophia statuendum esse reor. Ipsa Pâncharâtrorum doctrina brevius exposita est a Colebrookio. Summum numen Vâsudêvam, sive *Bhagavantam* dicunt; Krishnam etiam appellant. Colebr. l. c. p. 576. Mythologicis nominibus partim sibi propriis, partim com-

munibus exhibent evolutionem principiorum atque hunc quidem in modum:

Bhagavat v. *Vâsudêva.*

Sankarshana, apud Pânchar.	*Bâlarâma* frater Krishnae, apud mytholog.	*jîva* i. e. anima vitalis, apud philosophos.
Pradyumna	*Kâma*	*Manas*, animus
Aniruddha	*filius Kâmae*	*Ahankâra*, sui conscientia.

Consentit cum hoc systemate Bâlarâmas in Gîtagovinda inter formas Vishnuis relatus loco Krishnae I. 12. at enim vero secum pugnat noster, qui ceteroquin Krishnam suo loco relinquit. Bâlarâmam itaque isto tantum loco secundum nonnullorum Pâncharâtrorum placita positum credo, ex opinione Jayadêvae autem vera, Krishnam eo loco esse ponendum, quo Bâlarâmam collocant Pâncharâtri alii; nam Pradyumnam filium Krishnae appellari video. Vid. Wilsonem s. v. Atque id certo est certius, Krishnam in Gîtagovinda non agere partes, quas Vâsudêvae tribuunt Pâncharâtri apud Colebrookium, sed eas, quae ad animam (जीव) pertinent. Est enim Krishnas noster non *supra* mundum, sed *in* mundo. Nequit praeterea Krishnas, qui IX. 11. describitur, Vishnus esse, potest esse Sankarshana. Cetera satis congrua sunt. Kâmas, filius est Krishnae apud Pâncharâtros, comparatur a Jayadêva I. 46. *d.* Krishnas Kâmae corporato. Aniruddhas silentio in Gîtagovinda est praetermissus. Qualitates quae Vâsudêvae tribuuntur a Pâncharâtris: ज्ञान, शक्ति, बल, ऐश्वर्य, वीर्य, तेजस्, i. e. cognitio, natura naturans, summa potentia, voluntas suprema, virtus, *αὐτάρκεια*, non totae in Krishna corporatae esse debent, sed portiones earum facile in Krishna cernuntur. Quae autem remedia summae beatitudinis obtinendae a Pâncharâtris ponuntur, cultus dei, cognitio numinis, contemplatio summopere intenta, eorum imago esse debet, si recte instituitur haec comparatio, Râdhâ, quam intelligit Krishnas remedium esse errationis conprimendae, quam colit mente devota, quam amplexus summam pulcritudinem contempla-

tur, cuius ea est benignitas, ut sincerum adoratorem sponte excellentiae suae visione laetificet.

E systemate itaque hoc philosophico Râdham potius imaginem numinis, menti insitam, meditatione contemplandam esse dixeris, quam ipsam contemplationem.

Utut haec sint, id dubio caret, fabulam mythologicam, qua doceatur ista Vishnuitarum doctrina, ab initio aliud quid significasse, id est, ab origine istam fabulam de amore, Krishnam inter et Râdham intercedente, excogitatam non fuisse, ut mentis humanae separatio a numine atque ad id reversio inculcaretur, sed contra ad fabulam popularem a maioribus traditam et iam universe receptam applicata fuisse placita philosophorum, ut praeter vulgaris amoris lusus gravior quidam sensus illi attribueretur. Res est a meo proposito aliena, et alio loco evincenda. Id observare liceat, Krishnam ab origine fuisse pastorum, terram Surasenicam incolentium, deum vel heroem popularem, qui postquam a Brahmanis non potuisset non recipi, inter incorporationes Vishnuis relatus sit. Tertia denique Krishnae est aetas, quum Vishnum loco suo quasi depellere inceperit et apud permultos unius dei partes sibi arrogare studuerit. Quae omnia recte explicari nequeunt, nisi et tota de Vishnuis incorporationibus doctrina, et significatio traditionum quae in Bhâratea superstites sint, elucidata fuerit. Consideranda etiam forent, quae a Graecis de Hercule Indico scripta leguntur.

VI. Revertendum nunc ad carminis nostri formam ac dicendum quidem est de *metris*, quorum varietatem sat magnam praebet Gîtagovindas. Excellit magnopere Jayadêvas in re metrica et, si versuum elegantiam solam respicis, praecipuis Indiae poetis debet annumerari.

Sacrorum metrorum genus Vedis proprium apud nostrum quaerere non par est; ex *epico* vel *gnomico*, çlôkam habes vulgarem III. 1. IV. 1. XI. 23. Tertii generis, quod *artis* poetis longe est usitatissimum, quodque *monoschematicum* appellare soleo, haec leguntur specimina:

1. *Prakriti*, ex specie *Sragdharâ* XII. 15. 29. ubi contra librum manuscriptum emendandum est धरणि hem. *c.* pro धरणी et finis hem. ponendus est post गात्र्। Nomen ipsum legitur XII. 15.
2. *Atidhriti*, ex spec. *Çârdûlavikrîdita.* I. 1. 4. 16. 36. 46. 47. 48. II. 19. 21. III. 12. 14. 15. 16. IV. 10 19. 21. 23. V. 7. 17. 18. 20. VI. 11. 12. VII. 11. 30. 42. VIII. 11. IX. 10. 11. X. 14. 16. XI. 10. 11. 22. XII. 10. 11. 12. 13, 14. 15. 16. 27. 28. Nomen metri versui inseruit poeta IV. 10.
3. *Atyashiti*, *a.* ex spec. *Çikharinî.* I. 26. II. 20 (ubi nomen docuit poeta) VIII. 10. XI. 32. 33. 34.
   b. *Harinî.* II. 1. 10. III. 11. V. 16. 19. VII. 40. X. 10. 13. XII. 1. 26.
   c. *Prithvî.* X. 15. ubi nomen indicatur voce पृथ्वीगत.
4. *Atiçakkarî.* Una species *Mâlinî.* I. 35. VI. 10. XI. 1.
5. *Çakkarî.* Una spec. *Vasantatilaka.* I. 2. 26. III. 13. VII. 1. 41. X. 1. 11. XI. 12. 13.
6. *Jagatî.* *a.* Spec. *Drutavilambinî.* I. 3. VII. 21.
   b. *Vançasthâ.* I. 37. III. 2. VII. 39.
7. *Trishtubh.* Una species *Indravajra* et *Upêndravajra.* IV. 20. VII. 12. XII. 30. Nomen est IV. 20.
8. Mixtum ex *Atijagatî* et *Jagatî* metrum *Pushpitâgrâ* dicitur, uti posuit ipse poeta IV. 22. Praeterea legitur V. 1. VIII. 1. X. 12.

Horum metrorum schemata ad calcem Hitopadêçae Bonnensis et alibi exstant; itaque nomina posuisse sufficiat. Restat genus, moris syllabicis metiendum, quod ad cantum ab origine pertinuisse et modulis musicis adaptatum fuisse verisimile est. In usum communem transiit ex hoc genere *Aryâ*, cuius forma usitatissima legitur VI. 1. VII. 2. XII. 17. Quae autem legitur Aryae species IX. 1. par habet hemistichium secundo quartum, si numerum morarum et pedum respicis; tertius quarti hemistichii pes idem est atque secundi et formam habet regularem ᴗ-ᴗ. Ceteri pedes usitata fruuntur licentia. *Gîtim* dicunt metrici.

His breviter ita expeditis, pervenimus ad metra canticorum, quae

ita brevi oratione expediri nequeunt. Praebent enim rarius usitatas et pedum et distichorum formas; accedit concinentia versuum finalis, satis constantibus regulis adstricta. Constitui tamen, ne in nimiam molem augeretur haec praefatio, potius elementa exhibere disputationis, quam ipsam absolvere, si absolvere possim. Dicam igitur primum de varia pedum mensura, tum de versibus, deinde de stropharum formis, ultimo loco de concinentia finali.

a. De pedum mensura.

α. Usitatissimi sunt pedes quaternarum morarum, hisce variationibus: ⏑⏑⏑⏑, v. – ⏑⏑, v. ⏑⏑ –, v. – – v. ⏑ – ⏑. Quae mensura est canticc. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 22. 23. 24. Aut prorsus libera est variatio, aut restringitur ad certas sedes. De qua re mox dicemus. Quod autem observari h. l. debet, est, mensuram legitimam quibusdam locis non posse constitui, nisi dipodiam admittas, duum pedum communium mensura explendam. Exempla sunt haec: Cap. I. d. 14. *b.* ubi in versu, cuius mensura est: ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑/⏑⏑– | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | – – || haec forma legitur: – ⏑ – ⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | – – || Duo priores pedes octonarium praebent numerum morarum, quae tamen solito more in duos diversos pedes distribui nequeunt. Idem recurrit Cap. I. d. 30. *a.* ubi pro tertio et quarto pede: –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | hic numerus exstat: ⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑ et cap. II. d. 4. *b.* ubi iterum pro ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | initio versus prostat: – ⏑ – ⏑⏑⏑. A corrigendo itaque manum abstinui, uti in annotatione dixi. Consensu enim exemplorum probatur, legitimam esse licentiam. De duobus ultimis horum canticorum versibus suo loco dicendum erit.

β. Canticis 13. 19. 21. nulla alia potest adaptari mensura, quam pedes *quinarum* morarum; quorum pedum hae inveniuntur variationes: ⏑⏑⏑⏑⏑ | v. – ⏑⏑⏑, v. ⏑⏑⏑ –, v. – ⏑ –, et rarius ⏑ – – (cant. 19. vers. *c.*) v. ⏑ – ⏑⏑ (cap. X, d. 7, v. *b.* sede penultima).

γ. Cant. 7. monoschematici distichi speciem prae se fert, siquidem omnes pedes omnibus sedibus ad unam eandemque normam restricti sunt. Canticum autem quum sit, dubium non est, quin syllabicis mo-

ris etiam hi constent pedes, sed propter absentiam variationum difficile est, mensuram indagare: videtur autem pes esse septenum momentorum:

a. – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ |

b. – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ |

c. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ || – ⏑ ⏑ ⏑ – |

d. ⏑ – – ⏑ ⏑ | – ⏑ |

Obstat tamen quod quinum et senum momentorum pedes admittat hoc versuum genus (vid. Colebrook. de mett. Sansc. As. Res. X. p. 397), verum ultra non procedat.

δ. Cantic. 10. Constantes iterum praebet ubique pedes iuxta hoc distichi schema:

a. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ |

b. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ |

c. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ |

Versuum *a.* et *b.* finis indicatus est ipsa terminatione concinenti; et ad communem mensuram facile reducuntur versus:

a. ⏑ || ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ |

b. ⏑ ⏑ || ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ |

c. ⏑ ⏑ || ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ |

Concinentia quae est interna in varias cadit tum versuum sedes, tum pedum moras atque hunc quidem in modum:

ha - ti rê dhâya
⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ |

ta - ti rê nâ-ya
⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ |

hê dati
⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ |

Unde apparet, potius quatuor esse versus, quorum tertius concinit cum media concinentia priorum (in syllaba - *ê*), quartus cum initio priorum in *ati*.

b. De versibus.

Versuum fines non numero tantum, sed etiam concinentia sua

finali satis clare indicantur, ita ut in priori distichi parte ea de re nulla possit esse disceptatio. Alia est ratio posterioris stropharum dimidii, quod brevioribus saepenumero utitur versibus, ita ut dubium sit, utrum ternis tantum versibus constent strophae, an quaternis. Rem in universum si respicis, ea sane est rei Indorum metricae lex summa, ut quaternis versibus constent strophae (s. çlòkae), atque unusquisque versus prorsus eodem numero decurrat, vel respondeat primus tertio, quarto secundus. Ad quadripartitam hanc divisionem quadrant pleraque canticorum Jayadevensium genera; at sunt tamen saepenumero duo versus posteriores multo breviores, quam priores; interdum deest omnino versus quartus. De qua re lis nequit esse ulla, si concinentia finali regulari versus definiuntur. Dubium tamen est, ubi allitteratio sit quaedam versuum, at nulla iusta concinentia, utrum uno tantum versu contineatur dimidium strophae posterius, an brevior talis versus in duos sit distribuendus. Sic in cantic. 21. ubi mediam stropham occupat ध्रुवं पदं, quo nomine dicitur pars çlòkae constanter per totum quodvis canticum repetita et posterius strophae dimidium explere solita. Augetur etiam dubitatio eo, quod canendo repetiti fuisse dicantur brevissimi hi versus. Quam rem diserte edocemur a scholiasta D. ad cant. 12. vers. *c.* हे नाथ हे हरे। द्विरुक्तिः॥ Coniuncta omnino est horum versuum doctrina cum re Indorum musica, cuius quum iusta caream cognitione, nec rem absolvere meum sit, quaestionis tantum elementa ponam, peritioribus eam ultra investigandam relinquens. Consulere autem debebit, qui hoc sibi argumentum tractandum sumere velit, potius libros de metris Pràcriticis et re Indorum musica, quam metricos tractatus Sanscriticos. Etiam nomina diversa sunt tum distichorum, tum partium eorum apud Sanscriticos et Pràcriticos metricos. Rei h. l. mentionem inieci, quia ab his edoctus sum, vere interdum constituendam esse tripartitam distichi divisionem. Operae pretium erit brevia proferre excerpta:

c. De *strophis.*

In Sangìta Nàràyana haec leguntur: (प्रबन्धस्य) अवयवा भागविशेषाः। उद्ग्राहमेलापकध्रुवाभोगा ज्ञातिक्रमात्॥ उद्ग्राहः प्रथमभागस्ततो मेलापकः स्मृतः। ध्रुवत्वाच्च ध्रुवः पश्चादाभोगस्त्वन्तिमो मतः॥

संप्रति त्वाभोगध्रुवयोर्मध्ये मेलापको धातोः प्रयोगः कुत्रापि न दृश्यते। अत एव तस्य त्यागे न प्रबन्धावयवो धातुः। स त्रिधेति गीतप्रकाशकारेणोक्तं। उद्ग्राहध्रुवाभोगरूपेण त्रिधेति भावः। तदुक्तं शिरोमणौ। उद्ग्राहः प्रथमः पादः कथितः पूर्वसूरिभिः। ध्रुवत्वाच्च ध्रुवो मध्ये आभोगश्चान्तिमो मतः॥ तत् तु हरिनायकेनोक्तं। ध्रुवाभोगान्तरे जातो धातुरन्योऽन्तराभिधः॥ तस्यापीदानीं क्वापि प्रयोगो न दृश्यते॥ Certant igitur invicem musici et metrici, quam ob caussam cum scholiastis ध्रुवं पदं semper dicam eam distichi partem, quae identidem recurrit, *udgrâham* priorem et simpliciter exhibebo distichorum schemata:

A. *Morae quaternae.*

Cant. 1. *a.* (—⏑⏑/⏑⏑⏑⏑) | (⏑⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (——/—⏑⏑) | (⏑⏑⏑⏑/—⏑⏑) | — ⏓ |
b. ⏑⏑⏑⏑ | (⏑⏑—/⏑⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑⏑⏑⏑/—⏑⏑) | — ⏓ |
ध्रु-प॰. *c.* —⏑⏑ | (⏑⏑⏑⏑/⏑⏑—) | ⏑⏑— | ⏓ |
d. ⏑⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | — |

Udgrâha igitur est dactylicus catalecticus, dhruvapada partim anapaesticus acatalecticus, partim dactylicus acatalecticus.

Cant. 2. *a.* (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | —⏑⏑ |
b. ⏑⏑ ‖ —⏑⏑ | — |
c. (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | — ⏓ |
ध्रु-प॰. *d.* ⏑⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | — |. Dactylicus iterum est versus.

Cant. 3. *a.* (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | — — |
b. (— —/⏑⏑⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | (⏑͡⏑⏑⏑/—⏑⏑) | — — |
ध्रु-प॰. *c.* ⏑͡⏑⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | — — |
d. —⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | —⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | — — ‖ Etiam hoc carmen dactylicum est. De versu I, 30, *a.* cf. supra.

Cant. 4. *a.* et *b.* ut in cant. 3. Dhruvapada hanc praebet formam:

c. ⏑⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | —⏑⏑ | — |
d. ⏑ ‖ —⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | — |

Cant. 5. *a.* et *b.* consentiunt cum 3. Dhruvapada hanc habet varietatem:

c. — — | ⏑͡⏑⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | — — |
d. ⏑͡⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | ⏑͡⏑⏑⏑ | — — ‖ De versu 4, *b.* cf. supra.

Cant. 6. Udgrâha ut in praecc. Semel tamen occurrit anapaestus prima sede hem. *b.* (18, *b.*). Dhruvapada est:

d. ⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑ | –⏑⏑ | –⏑⏑ | – – |

qui versus notissimus est; *c.* autem sic decurrit:

⏑⏑– | –⏑ || ⏑⏑⏑⏑ | – – |

quae est licentia huius metri minus solita; scriptura tamen non sollicitanda.

Cant. 8. Differt a cant. 3. tantum versus *c.* –⏑⏑ | –⏑⏑ | – – ||

Cant. 9. Udgrâha constat bis quaternis pedibus, qui spondaeo clauduntur, proceleusmaticis gaudent, dactylos admittunt:

a. –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | – – |

b. –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | – – |

Dhruvapada concinentiam imperfectam praebet in कातव। -केशव। versum ideo constituo unum, et prabandham tripartitum:

c. –⏑ || –⏑⏑ | ⏑⏑– | –⏑⏑ ||

Cantic. 11. Metrum canticorum usitatissimum, saepius tamen hoc carmine anapaesti et spondaei inveniuntur et mediis concinentiis in breviores partes dispescuntur versus *a* et *b*:

a. ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑–/– – | ⏑⏑⏑⏑/⏑⏑– | ⏑⏑–/– – | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | – – |

b. ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑–/– – | –⏑⏑/⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑–/– – | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | – – |

Litterae superimpositae *a. b.* A. demonstrant sedes concinentiae. Dhruvapada uno continetur versu, qui respondentem non habet; nam qui in Var. Script. legitur, aperte insiticius est:

c. –⏑⏑ | – – | ⏑⏑– | – – | ⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑ | – – || Repetebatur haud dubie canendo.

Cant. 12. *a.* ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑–/– – |

b. ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑–/– – |

c. –⏑⏑ | – |

d. –⏑⏑ | – – | –⏑⏑ | – | Unde apparet, etiam hos versus dactylicos esse.

Cant. 14. *a.* ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑–/– – |

b. ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑/–⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑–/– – |

Dhruvapada. { *c.* – || ⏑⏑⏑⏑ | ⏑– |
{ *d.* ⏑⏑ || ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑– |

Cant. 15. Udgrâha hanc habet speciem:

a. ◡◡◡◡ | ◡◡— | ◡◡— | ◡◡— | ◡◡◡ | ◡◡— | ◡— |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡— | ◡◡— | ◡◡— | ◡◡◡◡ | ◡◡— | ◡— |

Anapaestici igitur versus sunt. Dhruvapada huius est formae:

c. ◡◡— | ◡◡— | ◡◡◡◡ | — |

d. ◡◡— | ◡—◡ | ◡◡— | Concinentia finalis imperfecta est et sola alliteratione *nê-nâ* efficitur.

Cant. 16. *a.* ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡ |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡ |

Dhruvap. *c.* ◡◡ ‖ —◡◡ | —◡◡ | —◡ ‖ — |. Dactylus semel tantum invenitur in prima versus *a.* sede d. 38.; itidem in secunda (d. 38. *a.*); regnat contra in sede secunda versus *b.*

Cant. 17. *a.* ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

Dhruvapada. *c.* ◡◡ ‖ ◡◡— | ◡—◡ | ◡—◡ | —◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | —— |
d. —◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | ◡◡◡◡ | —— | Semel legitur amphibrachys vers. *a.* sede 3tia dist. 5. vers. *a.*

Cant. 18. *a.* ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡— |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡— |

Dhruvapada. *c.* —◡ ‖ — |
d. —◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | — |

Cant. 20. *a.* ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

Semel est anapaestus vers. *b.* sed. 2da dist. 3. *b.*

Dhruvapada. *c.* — ‖ — |
d. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡—◡ | — ‖

Cant. 22. *a.* ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

b. ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —◡◡ | —◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | —— |

Anapaestus semel occurrit dist. 29. *b.*

Dhruva-pada. { c. ⏑⏑— | ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | — — |
 d. —⏑—⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | —⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | —⏑⏑ | — — |

Dipodia est initio versus *d.* plane eiusdem generis, atque eius, de qua supra dixi.

Cant. 23. Udgrâha, ut in praec. Dhruvapada:

{ c. ⏑⏑⏑⏑ | — |
 d. — — | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑— | ⏑— |

Cant. 24. *a.* —⏑⏑ ‖ ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑— | ⏑— |

b. —⏑⏑ ‖ ⏑⏑— | ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑— | ⏑⏑— | ⏑— |

Dhruva-pada. { c. ⏑⏑— | ⏑—⏑ | ⏑—⏑ | — |
 d. — ‖ ⏑⏑⏑⏑⏑ | — — | ⏑— |

B. *Disticha pedum quinarum morarum:*

Cant. 13. *a.* ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | —⏑— |

b. ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑— / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | —⏑— |

Dhruvap. *c.* —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ | —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ | —⏑— | Melius enim in unum versum contrahitur Dhruvapada.

Cant. 19. *a.* ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑— / —⏑⏑⏑ | —⏑⏑⏑ / —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ / —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | — — |

b. ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑⏑— | —⏑⏑⏑ / —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | —⏑— / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ / —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ / ⏑⏑—⏑⏑ | — — |

Dhruva-pada. { c. ⏑— — | ⏑— — | —⏑⏑⏑ | —⏑⏑⏑ | — — |
 d. ⏑⏑⏑⏑⏑ | —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ | —⏑— | —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ | — — |

Cant. 21. *a.* ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑⏑⏑ / —⏑— | ⏑⏑⏑⏑⏑ / —⏑— / —⏑⏑⏑ / —⏑— | — |

Dhruva-pada. { b. ⏑⏑⏑— | — |
 c. —⏑⏑⏑ | —⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑ |
 d. ⏑⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ / ⏑⏑⏑— / —⏑— / —⏑⏑⏑ | — |

Melius unius versus constitui videtur Dhruvapada:

⏑⏑⏑— | — —⏑ | ⏑⏑—⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑ | quam mensuram patitur etiam distichon XI. 21. si भगाति जय- ad Dhruvapadam trahitur. Est tamen contra usum Indorum hunc in modum divellere versus atque

magis in eam inclinor sententiam, falsam esse in libris manuscriptis divisionem et pares esse versus *a* et *d*, tractis ad postremum versum verbis इह विलसि। tum bene se habet scriptura distichi 21. evulgata. Cf. Add.

d. De concinentia versuum.

Concinentiam legitimam eam appello, quae per totum quoddam canticum eisdem sedibus recurrit, et initium syllabae, a qua concinentia incipit, variat. Mediis versibus interdum ea invenitur et longiores versus in partes quasdam dividit; mediam concinentiam regularem eam appellare possis. Ab utraque distinguenda est tum *allitteratio*, cuius amantissimus est Jayadêvas, sine ulla iusta lege tamen ea usus, ut dist. I. 2. *a. b.* च- चि- चा, dist. XI, 23. सा- स सा- ससा et sexcenta exempla alia, tum concinentia aliis metris, quam canticorum, adaptata, ut quae I. dist. 2. II. d. 1. intercedit inter hemist. *a.* et *b.*, *c.* et *d.* quae I. d. 16. caesuras cuiusvis versus comitatur, quae II. d. 10. medium versum secat, aliisque modis variatur, ut III, 1. IV, 1. VI, 1. IX, 1. etc. Haec enim ex exuberante quasi quadam versificandi facultate procedit, legesque nullas agnoscit. A metris vere Sanscriticis praeterea aliena est; orsa est haud dubie in linguis vulgaribus, indeque in Sanscritam irrepsit; intime contra coniuncta est cum metrorum genere, quod in canticis Jayadêvae usurpatur et per totam Prâcriticam poesin regnat.

I. *Legitimae concinentiae finalis* haec sunt exempla: a. *spondaica*: cantic. 1. वेदं- खेदं। पृष्ठे। -रिष्ठे। etc. quae alternat cum anapaestica dist. 9. वामन। पावन। Dhruvapada huius cant. concinentia caret. Tum cant. 3. -मीरे- तीरे etc. et in Dhruvapada रन्ते। रन्ते। Imperfecta est dist. 28. in विलापे- कलापे। Tum 4. in Udgrâha: माली- शाली। etc. imperfectae concinentiae exempla sunt: मरागं- मरागं। कूले-दुकूले। Cant. 5. *a. b. c. d.* ubi imperfecta est conc. in सहसं- तनिलं। शनयन्तं- रमयन्तं। -पुञ्जपं- नुञ्जपं। distt. 5. 8. 9. Cant. 6. *a. b.* partim perfectam conc. spond. praebet (यानं- पानं etc. d. 13. 14. 15. 16. 17. 18. et in Dhruvap.) partim spondaeo exeuntem: वनान्तं- दुरान्तं। 11. नुकूलं- दुकूलं। 12. quod ideo enoto, quia aperte hisce exemplis demonstratur, extendi hanc concinentiam ultra pedem versus ultimum, ubi imperfecta sit ipsa spondaica. Occurrit praeterea haec concinentia cant. 8. *a. b. c. d.* 9. *a. b.* 11. *a. b.*

12. *a. b.* cum anapaestica dist. 4. et illegitima conc. dist 2. 3. 14. *a. b.* 17. *a. b.* *c. d.* 19. *a. b. c. d.* 20. *a. b.* 22. *a. b c. d.* 23. *a. b.* Exempla alia haec sunt illegitimae: IV, dist. 4, *a. b.* कमनीयं - शयनीयं। ibid. dist. 9. *a. b.* नटनीयं - पठनीयं। ibid. dist. 17, *a. b.* सकामं - निकामं। V, dist. 13, *a. b.* पिधानं - निधानं। VIII, dist. 3. रूपं - रूपं। et X, 5. *a. b.* देशं - देशं। X, 6. *a. b.* XI, 5. *a. b.* कुटुम्बं - विलम्बं। 6. *a. b.* रम्भं - कुम्भं। XII. dist. 2. *a. b.* वेशं - वेशं। 4. *a. b.* नुकूलं - दुकूलं। Alternat anapaestica cum spondaica VII, dist. 17. *a. b.* et 20. *a. b.* Spondaica cum anapaestica alternans est etiam XI, dist. 21. *a. d.* licet spondaeis non utuntur versus.

b. *Dactylica.* Cant. 2. *a. b.* ita tamen, ut sequatur syllaba, quae cum fine versus *d.* concinat. Concinentia plerumque perfecta est, secus tamen I. dist. 17, *a. b.* मण्डल - कुण्डल। dist. 23. सुन्दर - मन्दर। dist. 24. -वेरिदं - तेगुदं।

c. *Anapaestica;* eam cum spondaica alternare iam vidimus. Praedominat cant. 18. *a. b.* sed cedit interdum locum spondaeis. Imperfectius concinunt, quam cetera, haec exempla: dist. 3. सरसं - कलसं। dist. 4. मचिरं - रुचिरं। 5. विकला - सकला। 8. मधुरं - विधुरं। 9. ललितं - चरितं। Spondaei sunt dist. 7.

d. *Trochaica* est concinentia cant. 7. sed tria tantum leguntur exempla verae, III. dist. 6. *a. b.* -यामि - पामि। 8. *a. b.* -धामि - दामि। 9. *a. b.* करोमि - दुनोमि। cetera exempla easdem syllabas repetunt. Etiam cant. 10. vers. *a.* et *b.* eandem finalis concinentiae licentiam praebet; cant. 16 legitima consulto non utitur.

Nimirum trochaeus alienus est in universum a canticorum versibus catalecticis; versuum acatalecticorum fines trochaici quum concinant, catalecticam dicere potes concinentiam, a poeta minus excultam, negligentiusque tractatam. Congruit spondaica concinentia haud dubie magis cum ipso versuum genere, eamque ob caussam frequentatur; dactylicam rarius usurpari non miraberis, si reputaris, post longam quae solet esse dactylorum seriem, opus esse voci diversa morarum dispositione, in qua quasi requiescere possit, qua finis versus clare indicetur. Cur autem anapaestis rarius finiantur versus concinentes, eius caussa in eo posita est, quod anapaestus abhorreat a concinentia, quippe quae a syllaba gravi incipere debeat. Iambicam etiam concinentiam vix ex-

pectabimus; alieni enim sunt iambi a nostris versibus, et qui in concinentia legi videntur iambi canticc. 13. 15. 24. ii non totam constituunt concinentiam, quae re vera *cretica* est, sed partem tantum. Vere *iambica* (*e.*) concinentia legitur semel cant. 14. *c. d.*

f. *Cretica.* Cant. 13. versus *a. b.* creticos prorsus concinentes habet praeter dist. 10. ubi licentia est in भारती- लावती। Explet heic concinentia pedem versuum ultimum. Cantic. 15. *a. b.* anapaesto utitur in pede penultimo, iambo finitur, concinentia tamen incipit a fine anapaesti. Initium concinentiae quum ad antecedentem pedem pertineat, in caussa fuisse videtur, cur minus accurate syllabae interdum concinere factae sint: exempli caussa sint: योज्ञिते- पूज्ञिते, dist. 27. नीदले-श्रीतले dist. 25. ताधरे-नीकरे dist. 22. Idem cernitur in cant. 24. ubi योधरे-होदरे dist. 18. मण्डले-कुण्डले dist. 20. कन्दरे-सुन्दरे dist. 24. concinunt; ceteri versus perfecta gaudent concinentia.

g. Restat concinentia solius syllabae *longae;* quod genus in Dhruvapadis frequentatur in cantic. 1. Concinunt tamen versus *b.* et *d.* Imperfecta est cant. 4. *c. d.* रे-रे; legitima: cant. 12. *c. d.* रे-हे। cant. 20. *c. d.* धे-के।; cantic. 18. *c. d.* वे-वे। haud eo nomine digna cant. 15. *c. d.* ने-ना। Concinentia caret cant. 1. *c. d.* tum qui uno versu constant Dhruvapadae cantt. 7. *c.* 11. *c.* 13. *c.* 21. *b.* (vel *b. c.*) 23. *c.*

II. *Medialis concinentiae* a) *legitimae* exempla sunt, quae eisdem sedibus recurrens, totum pedem explens versum in partes secat: Cant. 11. spondaica est, interdum cum dactylica et anapaestica permutata, et sedem habet constantem in secundo et quarto pede. Hinc oriuntur strophae, a Europaeis linguis minime alienae. Eodem modo recurrit cant. 15. *a. b.* concinentia anapaestica, minus tamen accuratae syllabarum mediarum congruentiae tenax. Differt concinentia cant. 24. quae inter pedem secundum et tertium, quintum et sextum, vel quartum et quintum intercedere solet, minus tamen ad iustas leges restricta et saepius allitterationis formam induens.

b) Concinentiae medialis species quaedam est etiam cant. 16. vers. *c.* et cant. 6. v. *d.* या- ता- सा et या सह- या सवि। Posterius exemplum potius

est allitterationis similis ei, quae cant. 18. *c. d.* inter utrumque versum intercedit.

Sed haec hactenus dicta sint de hac concinentia, quam यमक, geminationem, dicunt metrici, cuilibet diversitati nomen suum imponentes et hunc in modum eam definientes: यमकमाहुः। स्वरस्य कम्पो यमकः श्रोतृचित्तसुखावहः। तस्य प्रभेदास्त्रिविधः स्फुरितः कम्पितस्तथा। etc. Decem genera contra ponit Wilso s. v. Res est, quae in iusta versuum Indicorum doctrina et accuratius et uberius debebit tractari. Eis quae adumbravi utantur qui eam rem mox molituros esse spero.

VII. Non multa sunt quae de hac editione monenda habeam. Textum constitui ad fidem librorum manuscriptorum, neglecta prorsus editione a Baburâma curata, A. S. 1808. Calcuttae. Tenet ea textum criticis praesidiis omnino nudum foll. 53. octt. oblongg. Siglo S. eam distinxi. Ad scripturam codicum emendandam adhibui, uti par erat, tum scholia, tum grammaticas et metricas rationes; semel bisve tantum opus erat coniecturis, de quibus tum in varietate scripturae, tum in annotatione certiorem feci lectorem. Negotium est in universum difficultatis haud magnae, manum recentiorum horum poetarum genuinam restituere talem, qualem eam ante oculos habuere enarratores indigenae, modo eorum commentarios accurate exaratos consulere nobis liceat. Prima est haec, sed inferior negotii pars; qua absoluta, diiudicandae remanent tum scripturae variae, quas laudant scholiastae, nulla adiecta crisi; rarissime enim aliud quid addunt, quam formulam अथवा पाठः vel इति पाठः et interpretationem; tum loci quidam pauciores, quos insimulare nequit non crisis accuratior depravationis, licet latuerit illa scholiastas indigenas. Quae operis pars altioris est indaginis. Textum exhibui talem, qualis evasit absoluta priori illa criseos parte; quae ad posteriorem pertinerent, annotationi exponenda et tractanda seposui. Congerendam semper esse totam variae scripturae nubem ex libris reor; exhibui etiam ad calcem textus, quamvis in recentioribus hisce poetis, grammatica, versu, enarratione popularium a corruptela satis plerumque tutis, operae pretium id non censeam; at nolui incurrere in

suspicionem negligentiae. Adiecta totius carminis interpretatione Latina, longa non opus fuit in versibus haud ita intellectu difficilibus enarratione mea, neque integris scholiastarum interpretamentis. Ideo ea tantum protuli scholia, quae aut ad verba obscuriora aut ad cogitationes intricatiores melius intelligendas conferre visa sint. In compositis longioribus rationem indigenarum omnino sequendam esse iudico; optime enim tum membra compositi, tum mutuam membrorum relationem explicant. Hanc itaque partem in eos a me saepius devolvi. In singulis dictionibus explicandis minus feliciter mihi agere videntur. Nimirum singula vocabula per singula explicantes, voci explicatae sensum quidem attribuunt haud falsum, verum enimvero haud eum, quo posuit poeta vocem, neque veram eius vim enodant. Quod potissimum de dictionibus tralatis valet. Uno exemplo illustrare liceat. XI. 1. प्रदोषे स्फुरति, quod eleganter dictum est et facile intellectu, si meministi, quid valeat proprie स्फुर् (cf. ad. I. 37.) explicant scholl. isto loco प्राप्ते; quo quid ieiunius dici poterit? Neque vera est interpretatio, quia adventat, nondum advenerat crepusculum. Atque hunc in modum poetarum elegantias saepenumero omnino expellunt quasi furca sua scholiastae et parum accurate interpretantur; tralationum vim et, ut ita dicam, colorem omnino non docent. Quo fit, ut minimi faciam singula talia interpretamenta, et multo plus fiduciae ponam in accurata singulorum verborum indagatione, legitimo exemplorum inter se comparatorum numero instituenda. Quam viam ingredi debemus, dum desiderio thesauri linguae iusti satisfactum sit.

In exscribendis scholiis vitia scripturae ut debui emendavi, praeter ea, quae ad Sandhim pertinent, eo tamen discrimine, quod, ubi continuo sermone utantur scholiastae, verba eorum ad iustas euphoniae regulas observandas revocarem; ubi glossas singulis poetae dictionibus explicandis apponant, intactam reliqui librorum scripturam; immo, si meum sequi iudicium voluissem, omnino expunxissem in glossis mutationes, Sandhis caussa in litteris factas. Faciunt id saepissime libri accuratius exarati atque absurdum videtur, ubi nulla sit oratio continua,

observare regulas, quae tantum in iunctura vocabulorum ad legitimum sensum efficiendum inter se construendorum locum habere possint. In dictionibus quibusdam scribendis variant semper codices; ex. gr. nomino वल्, वल्लि, वलय, modo per व, modo per ब depictas, कष् et कश्, कलश et कलस, विष et विश, alia. In quibus sequutus sum quovis loco scripturam codicis optimae notae, ne praeiudicem de re, quae minus ex Indicorum grammaticorum iudicio pendeat, quam ex accurata cognatarum linguarum comparatione. Cap. V. distt. 12 et 14. duae inveniuntur litterae, ड् et न्, quae Triçankuis instar istius, qui (Râm. I. LX. 18.) inter coelum et terram distrahebatur, in unam partem a grammatica, in alteram a ratione versus rapiuntur. Nimirum Indi in versibus recitandis non grammaticam observant, consonantesque vocabuli finales vocalibus sequentis vocis efferunt. Quod ubicunque ii faciunt, istis duobus locis fieri non potest, quin faciamus ipsi, ut concinentia servetur versuum. Hercules itaque quum ego non sim neque, in bivio collocatus, intelligerem, quae via virtutis esset, quae vitii, in medio constiti, Herculi qui sit rectam viam inveniendam relinquens.

Brevem tantum de mystica carminis interpretatione sermonem institui, certior factus, strenue praeparari a viro celeberrimo, litterarumque Indicarum inter Gallos longe peritissimo, qui idem Zendicarum nobis exstitit redintegrator et sospitator, BURNOUFIO, criticam totius *Bhâgavatapurânae* editionem; quo opere publici iuris facto, accuratius de ista re iudicare licebit. Vix enim dubium est, quin ex hoc fonte doctrinae suae elementa derivarit Jayadêvas. De mythologica Krishnae historia obiter supra indicavi quod sentiam, licet probe sciam, non ita breviter absolvi posse hanc quaestionem, ipsam obscuram, virorum doctorum hallucinationibus magis etiam obscuratam. Argumentum itaque est, aut omnino non attingendum, aut accurate tractandum. In quo qui elaborare volet, is ad fontes Indicos primum reducere debebit disputationem. At enim vero qui in hac re investiganda diversa tempora et diversa fontium genera iusta non distinxerit crisi, totam Indicam antiquitatem magis caligine involvet, quam illustrabit. Quod insigniter nuperrime factum esse in-

telligo ab homine quodam sciolo, qui, edita mythologici Indici poematis interpretatione, Sanscritice doctum minime sese probavit. Atque quid, quaeso, de mythologo erit statuendum, qui ad id delapsus sit inscitiae, ut Krishnam Napoleoni comparando semet illustrasse hanc quaestionem potuerit opinari. Quod multo magis garrulae est ranae, limosis aquis coaxantis, quam gravis ac sinceri antiquarum rerum interpretis. Ament hercle dii hominem, qui deos se finxisse gloriatur; at non, credo, me fallit, quin dii tales magis, quam deceat deos, hominem sapiant et vereor, ne praeter fictorem nullos habiturus sit sectatores Krishnas ille exopinato adventicius.

Haec fere praefanda habui. Restat, ut qui haec lecturi sint, ea qua par est observantia rogem, oremque, ut boni consulere velint, quae in praesentia eis offerre potui.

Dabam Bonnae ad Rhenum mense Augusto MDCCCXXXVI.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 65, l. 11. et p. 102, l. 5. Haud satis accurate disputata sunt, quae de hoc versu protuli. Bene se habet scriptura a me edita. मपि abundat. Quod dixi, desiderari moras quinque, falsum est; nam continentur eae syllabis भणति जय-। Metrum turbatur lectione, a D. memorata; nam excedit versum initium nominis Jayadêvae, i. e. syllabae जय, si legitur इह भणति. Sin autem expungitur इह et legitur प्रविश राधे माधवसमीपं भणति जय°, positione producitur syllaba पं, contra metrum. Ne scribas: इह भणति, omisso जय, vetat repetitio nominis Jayadêvae in omnibus stropharum epilogis, neque apta est h. l. dictio देवकविराज°. Sola igitur vera scriptura est quam edendam curavi. Quum autem contra morem Indorum sit, versum constituere भणति जय, si जय pro initio nominis proprii haberi debeat, impedimur, quo minus भणति जय pro versu strophae c. accipiamus. Sin autem in antecc. distt. इह विलस ad versum *d.* sive ultimum, appellatione Râdhae ubique expletum, trahimus, suffragatur quidem sensus, sed refragatur constans mos poetae, qui nunquam Dhruvapadae partem ceteris versibus addit. Aliud tamen vix statui potest.

P. 69, l. 2. infra lege: qu*i*d.
» 74, » 8. infr. lege: sequi creditur.
» 75, » 2. infr. adde Visargam voci चकोर.
» 78, » 1. infr. l. debere.
» 82, » 18. l. tali.
» 85, » 18. lege: सुधेव pro सुधावत् et l. 26. -कारेण
» 86, » 8. lege: ali*u*m.
» 88, » 23. l. हरेः
» 90, » 19. l. Râdhae et *pag.* seq. l. 10 infra वदुकं; tum lin. ult. dele: *non.*
» 97, » 2. infra ad VII, 42. Monere oblitus sum, restituendum esse ex interpretamento scholiastae भ्रमरा in textu et scholio इन्दिन्दिर; quam emendationem in interpr. Lat. sequutus sum.

P. 99, l. 6. Insere: X, 1, *a.* Scholiastae legunt ऽमसृणा, ut apparet ex explicatione कर्कश. At praestat, *emollitam* ponere nunc Râdhae iram.

P. 100, l. 6. lege: horum.
» 103, » 4. 5. l. qui-eos.
» 104, » 5. l. facit.
» 105, » 9. l. बालिशस्यापि.
» 106, » 4. l. iuste.
» 108, » 10. lege: mutaveris.
» 109, » 19. Adde Gît. G. IV, 19.

Dum typis exscribebatur annotatio critica, toto studio occupatus equidem eram in edendis inscriptionibus Persepolitanis. Quo factum est, ut minore quam voluissem et sane debuissem intentione oculorum multo labore hebetatorum istis plagulis a mendis operarum purgandis me ipsum tradere possem. Enotavi heic quae inveni errata; ea et si quae me latuerint, apud lectorem benevolum excusationem habeant suam.

BONNAE,
TYPIS REGIIS EXCUDEBAT CAROLUS GEORGIUS.

ॐ

श्रीगणेशाय नमः ॥

मेघैर्मेदुरमम्बरं वनभुवः श्यामास्तमालद्रुमैर् ।
नक्तं भीरुरयं त्वमेव तदिमं राधे गृहं प्रापय ।
इत्थं नन्दनिदेशतश्चलितयोः प्रत्यध्वकुञ्जद्रुमं ।
राधामाधवयोर्जयन्ति यमुनाकूले रहः केलयः ॥ १ ॥
वाग्देवताचरितचित्रितचित्तसद्मा ।
पद्मावतीचरणचारणचक्रवर्ती ।
श्रीवासुदेवरतिकेलिकथासमेतं ।
एतं करोति जयदेवकविः प्रबन्धं ॥ २ ॥
यदि हरिस्मरणे सरसं मनो ।
यदि विलासकलासु कुतूहलं ।
मधुरकोमलकान्तपदावलीं ।
शृणु तदा जयदेवसरस्वतीं ॥ ३ ॥
वाचः पल्लवयत्युमापतिधरः संदर्भशुद्धिं गिरां ।

जानीते जयदेव एव शरणः श्लाघ्यो दुरूहद्रुते ।
शृङ्गारोत्तरसत्प्रमेयवचनैराचार्यगोवर्धन- ।
स्पर्धी कोऽपि न विश्रुतः श्रुतिधरो धोयी कविक्ष्मापतिः ॥ ४ ॥

मालवगौडरागेण रूपकतालेन गीयते ॥

प्रलयपयोधिजले धृतवान् असि वेदं ।
विहितवहित्रचरित्रमखेदं ।
केशव धृतमीनशरीर ।
जय जगदीश हरे ॥ ५ ॥
क्षितिरतिविपुलतरे तव तिष्ठति पृष्ठे ।
धरणिधरणकिणचक्रगरिष्ठे ।
केशव धृतकच्छपरूप ।
जय जगदीश हरे ॥ ६ ॥
वसति दशनशिखरे धरणी तव लग्ना ।
शशिनि कलङ्ककलेव निमग्ना ।
केशव धृतसूकररूप ।
जय जगदीश हरे ॥ ७ ॥
तव करकमलवरे नखमद्भुतशृङ्गं ।
दलितहिरण्यकशिपुतनुभृङ्गं ।
केशव धृतनरहरिरूप ।

जय जगदीश हरे ॥ ८ ॥
छलयसि विक्रमणे बलिमद्भुतवामन ।
पदनखनीरजनितजनपावन ।
केशव धृतवामनरूप ।
जय जगदीश हरे ॥ ९ ॥
क्षत्रियरुधिरमये जगदपगतपापं ।
स्नपयसि पयसि शमितभवतापं ।
केशव धृतभृगुपतिरूप ।
जय जगदीश हरे ॥ १० ॥
वितरसि दिक्षु रणे दिक्पतिकमनीयं ।
दशमुखमौलिबलिं रमणीयं ।
केशव धृतरामशरीर ।
जय जगदीश हरे ॥ ११ ॥
वहसि वपुषि विशदे वसनं जलदाभं ।
हलहतिभीतिमिलितयमुनाभं ।
केशव धृतहलधररूप ।
जय जगदीश हरे ॥ १२ ॥
निन्दसि यज्ञविधेरहह श्रुतिजातं ।
सदयहृदयदर्शितपशुघातं ।
केशव धृतबुद्धशरीर ।
जय जगदीश हरे ॥ १३ ॥

म्लेच्छनिवहनिधने कलयसि करवालं ।
धूमकेतुमिव किमपि करालं ।
केशव धृतकल्किशरीर ।
जय जगदीश हरे ॥ १४ ॥
श्रीजयदेवकवेरिदमुदितमुदारं ।
शृणु सुखदं शुभदं भवसारं ।
केशव धृतदशविधरूप ।
जय जगदीश हरे ॥ १५ ॥
वेदान् उद्धरते जगन्निवहते भूगोलमुद्बिभ्रते ।
दैत्यं दारयते बलिं छलयते क्षत्रक्षयं कुर्वते ।
पौलस्त्यं जयते हलं कलयते कारुण्यमातन्वते ।
म्लेच्छान् मूर्च्छयते दशाकृतिकृते कृष्णाय तुभ्यं नमः ॥ १६ ॥

गुर्जरीरागनिःसारतालाभ्यां गीयते ॥

श्रितकमलाकुचमण्डल ।
धृतकुण्डल ए ।
कलितललितवनमाल ।
जय जय देव हरे ॥ १७ ॥
दिनमणिमण्डलमण्डन ।
भवखण्डन ए ।
मुनिजनमानसहंस ।

जय जय देव हरे ॥ १८ ॥

कालियविषधरगञ्जन ।
जनरञ्जन ए ।
यदुकुलनलिनदिनेश ।
जय जय देव हरे ॥ १९ ॥

मधुमुरनरकविनाशन ।
गरुडासन ए ।
सुरकुलकेलिनिदान ।
जय जय देव हरे ॥ २० ॥

अमलकमलदललोचन ।
भवमोचन ए ।
त्रिभुवनभवननिधान ।
जय जय देव हरे ॥ २१ ॥

जनकसुताकृतभूषण ।
जितदूषण ए ।
समरशमितदशकण्ठ ।
जय जय देव हरे ॥ २२ ॥

अभिनवजलधरसुन्दर ।
धृतमन्दर ए ।
श्रीमुखचन्द्रचकोर ।
जय जय देव हरे ॥ २३ ॥

श्रीजयदेवकवेरिदं ।
कुरुते मुदम् ए ।
मङ्गलमुज्ज्वलगीतं ।
जय जय देव हरे ॥ २४ ॥

पद्मापयोधरतटीपरिरम्भलग्न- ।
काश्मीरमुद्रितमुरो मधुसूदनस्य ।
व्यक्तानुरागमिव खेलदनङ्गखेद- ।
स्वेदाम्बुपूरमनुपूरयतु प्रियं वः ॥ २५ ॥

वसन्ते वासन्तीकुसुमसुकुमारैरवयवैर्- ।
भ्रमन्तीं कान्तारे बहुविहितकृष्णानुसरणां ।
अमन्दं कन्दर्पज्वरजनितचिन्ताकुलतया ।
वलद्बाधां राधां सरसमिदमूचे सहचरी ॥ २६ ॥

वसन्तरागयतितालाभ्यां गीयते ॥

ललितलवङ्गलतापरिशीलनकोमलमलयसमीरे ।
मधुकरनिकरकरम्बितकोकिलकूजितकुञ्जकुटीरे ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ २७ ॥
उन्मदमदनमनोरथपथिकवधूजनजनितविलापे ।

अलिकुलसंकुलकुसुमसमूहनिराकुलबकुलकलापे ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ २८ ॥
मृगमदसौरभरभसवशंवदनवदलमालतमाले ।
युवजनहृदयविदारणमनसिजनखरुचिकिंशुकजाले ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ २९ ॥
मदनमहीपतिकनकदण्डरुचिकेशरकुसुमविकासे ।
मिलितशिलीमुखपाटलिपटलकृतस्मरतूणविलासे ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ ३० ॥
विगलितलज्जितजगदवलोकनतरुणकरुणकृतहासे ।
विरहिनिकृन्तनकुन्तमुखाकृतिकेतकिदन्तुरिताशे ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ ३१ ॥
माधविकापरिमलललिते नवमालिकयातिसुगन्धौ ।
मुनिमनसामपि मोहनकारिणि तरुणाकारणबन्धौ ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ ३२ ॥
स्फुरदतिमुक्तलतापरिरम्भणमुकुलितपुलकितचूते ।
वृन्दावनविपिने परिसरपरिगतयमुनाजलपूते ।

विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ ३३ ॥
श्रीजयदेवभणितमिदमुदयति हरिचरणस्मृतिसारं ।
सरसवसंतसमयवनवर्णनमनुगतमदनविकारं ।
विहरति हरिरिह सरसवसन्ते ।
नृत्यति युवतिजनेन समं सखि विरहिजनस्य दुरन्ते ॥ ३४ ॥
दरविदलितमल्लीवल्लिचञ्चत्पराग- ।
प्रकटितपटवासैर्वासयन् काननानि ।
इह हि दहति चेतः केतकीगन्धबन्धुः ।
प्रसरदसमबाणप्राणवद्गन्धवाहः ॥ ३५ ॥
उन्मीलन्मधुगन्धलुब्धमधुपव्याधूतचूताङ्कुर- ।
क्रीडत्कोकिलकाकलीकलकलैरुद्गीर्णकर्णज्वराः ।
नीयन्ते पथिकैः कथं कथमपि ध्यानावधानक्षण- ।
प्राप्तप्राणसमासमागमरसोल्लासैरमी वासराः ॥ ३६ ॥

अनेकनारीपरिरम्भसंभ्रम- ।
स्फुरन्मनोहारिविलासलालसं ।
मुरारिमारादुपदर्शयन्त्यसौ ।
सखी समक्षं पुनराह राधिकां ॥ ३७ ॥

रामगिरीरागयतितालाभ्यां गीयते ॥

चन्दनचर्चितनीलकलेवरपीतवसनवनमाली ।
केलिचलन्मणिकुण्डलमण्डितगण्डयुगस्मितशाली ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ३८ ॥
पीनपयोधरभारभरेण हरिं परिरभ्य सरागं ।
गोपवधूरनुगायति काचिदुदञ्चितपञ्चमरागं ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ३९ ॥
कापि विलासविलोलविलोचनखेलनजनितमनोजं ।
ध्यायति गोपवधूरधिकं मधुसूदनवदनसरोजं ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४० ॥
कापि कपोलतले मिलिता लपितुं किमपि श्रुतिमूले ।
चारु चुचुम्ब नितम्बवती दयितं पुलकैरनुकूले ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४१ ॥
केलिकलाकुतुकेन च काचिदमुं यमुनाजलकूले ।
मञ्जुलवञ्जुलकुञ्जगतं विचकर्ष करेण दुकूले ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।

विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४२ ॥
करतलतालतरलवलयावलिकलितकलस्वनवंशे ।
रासरसे सहनृत्यपरा हरिणा युवतिः प्रशशंसे ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४३ ॥
श्लिष्यति कामपि चुम्बति कामपि कामपि रमयति रामां ।
पश्यति स स्मितचारु परामपरामनुगच्छति वामां ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४४ ॥
श्रीजयदेवभणितमिदमद्भुतकेशवकेलिरहस्यं ।
वृन्दावनविपिने ललितं वितनोतु शुभानि यशस्यं ।
हरिरिह मुग्धवधूनिकरे ।
विलासिनि विलसति केलिपरे ॥ ४५ ॥
विश्वेषामनुरञ्जनेन जनयन्नानन्दमिन्दीवर- ।
श्रेणीश्यामलकोमलैरुपनयन्नङ्गैरनङ्गोत्सवं ।
स्वच्छन्दं व्रजसुन्दरीभिरभितः प्रत्यङ्गमालिङ्गितः ।
शृङ्गारः सखि मूर्तिमान् इव मधौ मुग्धो हरिः क्रीडति ॥ ४६ ॥
अद्योत्सङ्गवसद्भुजंगकवलक्लेशादिवेशाचलं ।
प्रालेयप्लवनेच्छयानुसरति श्रीखण्डशैलानिलः ।
किंच स्निग्धरसालमौलिमुकुलान्यालोक्य हर्षोदयाद्- ।
उन्मीलन्ति कुहूः कुहूरिति कलोत्तालाः पिकानां गिरः ॥ ४७ ॥

रासोल्लासभरेण विभ्रमभृतामाभीरवामभ्रुवां ।
अभ्यर्णे परिरभ्य निर्भरमुरः प्रेमान्धया राधया ।
साधु त्वद्वदनं सुधामयमिति व्याहृत्य गीतस्तुति- ।
व्याजादुद्भटचुम्बितः स्मितमनोहारी हरिः पातु वः ॥ ४८ ॥

इति श्रीगीतगोविन्दे सामोददामोदरो नाम प्रथमः सर्गः ॥ १ ॥

विहरति वने राधा साधारणप्रणये हरौ ।
विगलितनिजोत्कर्षादीर्ष्यावशेन गतान्यतः ।
क्वचिदपि लताकुञ्जे गुञ्जन्मधुव्रतमण्डली- ।
मुखरशिखरे लीना दीनाप्युवाच रहः सखीं ॥ १ ॥

गुर्जरीरागेण यतितालेन गीयते ॥

संचरदधरसुधामधुरध्वनिमुखरितमोहनवंशं ।
चलितदृगञ्चलचञ्चलमौलिकपोलविलोलवतंसं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ २ ॥
चन्द्रकचारुमयूरशिखण्डकमण्डलवलयितकेशं ।
प्रचुरपुरंदरधनुरनुरञ्जितमेदुरमुदिरसुवेशं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।

स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ३ ॥

गोपकदम्बनितम्बवतीमुखचुम्बनलम्भितलोभं ।
बन्धुजीवमधुराधरपल्लवमुल्लसितस्मितशोभं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ४ ॥

विपुलपुलकभुजपल्लववलयितवल्लवयुवतिसहस्रं ।
करचरणोरसि मणिगणभूषणकिरणविभिन्नतमिस्रं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ५ ॥

जलदपटलचलदिन्दुविनिन्दकचन्दनतिलकललाटं ।
पीनपयोधरपरिसरमर्दननिर्दयहृदयकपाटं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ६ ॥

मणिमयमकरमनोहरकुण्डलमण्डितगण्डमुदारं ।
पीतवसनमनुगतमुनिमनुजसुरासुरवरपरिवारं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ७ ॥

विशदकदम्बतले मिलितं कलिकलुषभयं शमयन्तं ।
मामपि किमपि तरङ्गदनङ्गदृशा मनसा रमयन्तं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ८ ॥

श्रीजयदेवभणितमतिसुन्दरमोहनमधुरिपुरूपं ।
हरिचरणस्मरणं प्रति संप्रति पुण्यवतामनुरूपं ।
रासे हरिमिह विहितविलासं ।
स्मरति मनो मम कृतपरिहासं ॥ ९ ॥

गणयति गुणग्रामं भ्रामं भ्रमादपि नेहते ।
वहति च परीतोषं दोषं विमुञ्चति दूरतः ।
युवतिषु वलत्तृष्णे कृष्णे विहारिणि मां विना ।
पुनरपि मनो वामं कामं करोति करोमि किं ॥ १० ॥

मालवगौडरागेण एकतालीतालेन गीयते ॥

निभृतनिकुञ्जगृहं गतया निशि रहसि निलीय वसन्तं ।
चकितविलोकितसकलदिशा रतिरभसभरेण हसन्तं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ ११ ॥
प्रथमसमागमलज्जितया पटुचाटुशतैरनुकूलं ।
मृदुमधुरस्मितभाषितया शिथिलीकृतजघनदुकूलं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १२ ॥
किशलयशयननिवेशितया चिरमुरसि ममैव शयानं ।
कृतपरिरम्भणचुम्बनया परिरभ्य कृताधरपानं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।

रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १३ ॥
अलसनिमीलितलोचनया पुलकावलिललितकपोलं ।
श्रमजलसिक्तकलेवरया वरमदनमदादतिलोलं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १४ ॥
कोकिलकलरवकूजितया जितमनसिजतन्त्रविचारं ।
श्लथकुसुमाकुलकुन्तलया नखलिखितघनस्तनभारं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १५ ॥
चरणरणितमणिनूपुरया परिपूरितसुरतवितानं ।
मुखरविशृङ्खलमेखलया सकचग्रहचुम्बनदानं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १६ ॥
रतिसुखसमयरसालसया दरमुकुलितनयनसरोजं ।
निःसहनिपतिततनुलतया मधुसूदनमुदितमनोजं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १७ ॥
श्रीजयदेवभणितमिदमतिशयमधुरिपुनिधुवनशीलं ।
सुखमुत्कण्ठितगोपवधूकथितं वितनोतु सलीलं ।
सखि हे केशिमथनमुदारं ।
रमय मया सह मदनमनोरथभावितया सविकारं ॥ १८ ॥

हस्ताग्रस्तविलासवंशमनृजुभ्रूवल्लिमद्बल्लवी- ।
वृन्दोत्सारिदृगन्तवीक्षितमतिस्वेदार्द्रगण्डस्थलं ।
मामुद्वीक्ष्य विलक्षितस्मितसुधामुग्धाननं कानने ।
गोविन्दं व्रजसुन्दरीगणवृतं पश्यामि हृष्यामि च ॥ १९ ॥
दुरालोकस्तोकस्तवकनवकाशोकलतिका- ।
विकाशः कासारोपवनपवनोऽपि व्यथयति ।
अपि भ्राम्यद्भृङ्गीरणितरमणीया न मुकुल- ।
प्रसूतिश्चूतानां सखि शिखरिणीयं सुखयति ॥ २० ॥
साकूतस्मितमाकुलाकुलगलद्धम्मिल्लमुल्लासित- ।
भ्रूवल्लीकमलीकदर्शितभुजाबालार्द्धहस्तस्तनं ।
गोपीनां निभृतं निरीक्ष्य दयिताकाङ्क्षश्चिरं चिन्तयन् ।
अन्तर्मुग्धमनोहरो हरतु वः क्लेशं नवः केशवः ॥ २१ ॥

इति श्रीगीतगोविन्दे क्लेशकेशवो नाम द्वितीयः सर्गः ॥ २ ॥

कंसारिरपि संसारवासनाबन्धशृङ्खलां ।
राधामाधाय हृदये तत्याज व्रजसुन्दरीः ॥ १ ॥
इतस्ततस्तामनुसृत्य राधिकां ।
अनङ्गबाणव्रणखिन्नमानसः ।
कृतानुतापः स कलिन्दनन्दिनी- ।
तटान्तकुञ्जे निषसाद माधवः ॥ २ ॥

गुर्जरीरागेण यतितालेन गीयते ॥

मामियं चलिता विलोक्य वृतं वधूनिचयेन ।
सापराधतया मयापि न वारितातिभयेन ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ३ ॥
किं करिष्यति किं वदिष्यति सा चिरं विरहेण ।
किं धनेन जनेन किं मम जीवितेन गृहेण ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ४ ॥
चिन्तयामि तदाननं कुटिलभ्रु कोपभरेण ।
शोणपद्ममिवोपरिभ्रमताकुलं भ्रमरेण ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ५ ॥
तामहं हृदि संगतामनिशं भृशं रमयामि ।
किं वनेऽनुसरामि तामिह किं वृथा विलपामि ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ६ ॥
तन्वि खिन्नमसूयया हृदयं तवाकलयामि ।
तन्न वेद्मि कुतो गतासि न तेन तेऽनुनयामि ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ७ ॥
दृश्यसे पुरतो गतागतमेव मे विदधासि ।
किं पुरेव ससंभ्रमं परिरम्भणं न ददासि ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ८ ॥
क्षम्यतामपरं कदापि तवेदृशं न करोमि ।

देहि सुन्दरि दर्शनं मम मन्मथेन दुनोमि ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ ९ ॥
वर्णितं जयदेवकेन हरेरिदं प्रवणेन ।
किन्दुविल्वसमुद्रसंभवरोहिणीरमणेन ।
हरि हरि हतादरतया गता सा कुपितेव ॥ १० ॥
हृदि विषलताहारो नायं भुजंगमनायकः ।
कुवलयदलश्रेणी कण्ठे न सागरलद्युतिः ।
मलयजरजो नेदं भस्म प्रियारहिते मयि ।
प्रहर न हरभ्रान्त्यानङ्ग क्रुधा किमु धावसि ॥ ११ ॥
पाणौ मा कुरु चूतसायकममुं मा चापमारोपय ।
क्रीडानिर्जितविश्व मूर्छितजनाघातेन किं पौरुषं ।
तस्या एव मृगीदृशो मनसिज प्रेङ्खत्कटाक्षाशुग- ।
श्रेणीजर्जरितं मनागपि मनो नाद्यापि संधुक्षते ॥ १२ ॥
भ्रूपल्लवं धनुरपाङ्गतरंगितानि ।
वाणा गुणः श्रवणपालिरिति स्मरेण ।
तस्यामनङ्गजयजंगमदेवतायां ।
अस्त्राणि निर्जितजगन्ति किमर्पितानि ॥ १३ ॥
भ्रूचापे निहितः कटाक्षविशिखो निर्मातु मर्मव्यथां ।
श्यामात्मा कुटिलः करोतु कबरीभारोऽपि मारोद्यमं ।
मोहं तावदयं च तन्वि तनुतां बिम्बाधरो रागवान् ।
सद्वृत्तस्तनमण्डलस्तव कथं प्राणैर्मम क्रीडति ॥ १४ ॥

तानि स्पर्शसुखानि ते च तरलाः स्निग्धा दृशो विभ्रमास्-।
तद्वक्राम्बुजसौरभं स च सुधास्यन्दी गिरां वक्रिमा ।
सा बिम्बाधरमाधुरीति विषयासङ्गेऽपि चेन्मानसं ।
तस्यां लग्नसमाधि हन्त विरहव्याधिः कथं वर्तते ॥ १५ ॥
तिर्यक्कण्ठविलोलमौलितरलोत्तंसस्य वंशोच्चरद्-।
गीतिस्थानकृतावधानललनालक्षैर्न संलक्षिताः ।
संमुग्धं मधुसूदनस्य मधुरे राधामुखेन्दौ मृदु-।
स्पन्दं कन्दलिताश्चिरं दधतु वः क्षेमं कटाक्षोर्मयः ॥ १६ ॥

इति श्रीगीतगोविन्दे मुग्धमधुसूदनो नाम तृतीयः सर्गः ॥ ३ ॥

यमुनातीरवानीरनिकुञ्जे मन्दमास्थितं ।
प्राह प्रेमभरोद्भ्रान्तं माधवं राधिकासखी ॥ १ ॥

कर्णाटरागैकतालीतालाभ्यां गीयते ॥

निन्दति चन्दनमिन्दुकिरणमनुविन्दति खेदमधीरं ।
व्यालनिलयमिलनेन गरलमिव कलयति मलयसमीरं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ २ ॥
अविरलनिपतितमदनशरादिव भवदवनाय विशालं ।

त्वद्धृदयमर्मणि वर्म करोति सजलनलिनीदलजालं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ३ ॥
कुसुमविशिखशरतल्पमनल्पविलासकलाकमनीयं ।
व्रतमिव तव परिरम्भसुखाय करोति कुसुमशयनीयं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ४ ॥
वहति च वलितविलोचनजलधरमाननकमलमुदारं ।
विधुमिव विकटविधुंतुददन्तदलनगलितामृतधारं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ५ ॥
विलिखति रहसि कुरङ्गमदेन भवन्तमसमशरभूतं ।
प्रणमति मकरमधो विनिधाय करे च शरं नवचूतं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ६ ॥
प्रतिपदमिदमपि निगदति माधव तव चरणे पतिताहं ।
त्वयि विमुखे मयि सपदि सुधानिधिरपि तनुते तनुदाहं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ७ ॥
ध्यानलयेन पुरः परिकल्प्य भवन्तमतीव दुरापं ।
विलपति हसति विषीदति रोदिति चञ्चति मुञ्चति तापं ।

सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ८ ॥
श्रीजयदेवभणितमिदमधिकं यदि मनसा नटनीयं ।
हरिविरहाकुलवल्लवयुवतिसखीवचनं पठनीयं ।
सा विरहे तव दीना ।
माधव मनसिजविशिखभयादिव भावनया त्वयि लीना ॥ ९ ॥
आवासो विपिनायते प्रियसखीमालापि जालायते ।
तापोऽपि श्वसितेन दावदहनज्वालाकलापायते ।
सापि त्वद्विरहेण हन्त हरिणीरूपायते हा कथं ।
कन्दर्पोऽपि यमायते विरचयन् शार्दूलविक्रीडितं ॥ १० ॥

देशागरागैकतालीतालाभ्यां गीयते ॥

स्तनविनिहितमपि हारमुदारं ।
सा मनुते कृशतनुरिव भारं ।
राधिका तव विरहे केशव ॥ ११ ॥
सरसमसृणमपि मलयजपङ्कं ।
पश्यति विषमिव वपुषि सशङ्कं ।
V.	1.	(X.)	देशीवराडी-	रूपक ।	वराडी					
»	2.	(XI.)	गुर्जरी-	एकताली ।	deest					
VI.	1.	(XII.)	गोण्डकिरी-	रूपक ।			गुणकरी		गुणकरी C.	
VII.	1.	(XIII.)	मालव-	यति ।			गौरमालव	प्रतिमंठ	मालवगौडा A.	
»	2.	(XIV.)	वसन्त-	यति ।				एकताली		एकताली C.
»	3.	(XV.)	गुर्जरी-	एकताली ।						रूपक B.
»	4.	(XVI.)	देशवराडी-	रूपक ।			देशाख		मालवगौड C.	
VIII.	1.	(XVII.)	भैरवी-	यति ।						
IX.	1.	(XVIII.)	गुर्जरी-	यति ।	रामकिरी		गुर्जरी	रूपक	पटमंजरी A.	
X.	1.	(XIX.)	देशीयवराडी-	अष्टताली ।	देशव°			रूपक	असावरी B.	
XI.	1.	(XX.)	वसन्त-	यति ।				रूपक		
»	2.	(XXI.)	वराडी-	रूपक ।				अष्टताली		
»	3.	(XXII.)	वराडी-	यति ।		रूपक				
XII.	1.	(XXIII.)	विभास-	एकताली ।						
»	2.	(XXIV.)	रामगिरी-	यति ।	रामगिरी			रूपक		

A N N O T A T I O.

I. Distt. 1—25. praeludunt poemati tresque eos continent locos, qui iuxta technicos magni poematis, महाकाव्यं, praeludium constituunt, significationem argumenti, invocationem numinis, precesque pro salute auditorum. Sic enim talis carminis praeludium definit versus, e Kâvyâdarço a schol. A. excitatus: आशीर्नमस्क्रिया वस्तुनिर्देशो वापि तन्मुखं। Inscriptionibus finalibus saepius magnum dicitur Gitagovinda poema et vix obstat, quod sex tantum poemata hoc nomine digna habita fuisse docuerit Colebrookius, As. Res. X. p. 409; nam apud antiquiores frustra huius sententiae testimonia indagavi. Ut ut hoc sit, in argumenti significatione ita versatur noster, ut scenam carminis, ripam Yamunae fluvii, enarret indicetque, quae antea Krishnam inter et Radham intercesserint amoris negotia. In hoc scenicorum poetarum morem sequi videtur Jayadevas, quod et nomen suum profert et aemulos sui carpit; idem fecit Bhavabhutes in prologo Mâlatimâdhavae.

प्रापय्, ab आप् eo sensu, ut sit facere, ut aliquis adveniat, quo tendat, Râm. II, 40, 11. क्षिप्रं त्वां प्रापयिष्यामि यत्र मां राम वक्ष्यसे। Quod moneo, ne h. l. causs. radic. इ ponas. — In नन्द insigniter hallucinatur schol. A. explicans: iucunda exhortatione scil. amicae, Radham, ut eat, rogantis: इत्थं अनेन प्रकारेण नन्दयतीति नन्दः। नन्दश्चासौ निदेशश्चेति नन्दश्चोराधिकासखीवचनं तस्याश्चलितयोः। Rectius D. नन्दस्याज्ञया. Nandas pastor nutritor fuit iuvenis Krishnae. Uterque licentiam poetae in hoc praetermittit, quod sermo Nandae ad Radham solam se convertit, इत्थं- चलितयोः autem etiam Krishnam respicit. — प्रत्य° = कुञ्जेनोपलक्षितो द्रुमः कुञ्जद्रुमः। अध्वनः कुञ्जद्रुमोऽध्वकुञ्जद्रुमस्तं लक्षीकृत्य। A. — जि, vincere, praevalere, bene se habere, unde in salutandis regibus et proceribus et adorandis divis ponitur plane eundem in modum, atque apud nos *vivat.* Sic saepenumero in fabulis जयतु देवः; hinc explica, quod sibi velit lusus in verbo जय, Mudrâ Râx. p. 17. cf. Wils. not. II. p. 164. ed. alt.

De obstaculis vincendis intelligit schol. B. háud male, si cum hoc sensu coniungas eum quem mox posui, ovandi. — रहःकेलयः compos. est = एकान्तक्रीडाः । D. — Summopere laborat schol. A. ut verbis poetae obtrudat sensum reconditiorem, non ita ut anagogico sensu totum poëma accipiat, sed ita, ut singulis locutionibus divinam Vishnus naturam celebrari nobis persuadeat. Exemplum affero; lunam dicit nubibus obscurasse Krishnam, quo minus Radham puderet eum petere: प्रियामिलनेच्छोन्नूतनमेघावृतश्चन्द्र उत्पन्नः ।

Dist. 2. hem. 1. Comparatio desumta est de domo picturis variegata atque illustrata, cum qua componitur mens poetae, ab eloquentiae dea imaginum varietate quasi ornata. चित्रित est picturis variegatus. चरित, res gestae earumque narratio; accipit schol. A de rebus a Krishna in amore gestis et a Musa cum poeta communicatis. Et sane de आचरित vix cogitandum est, sed simplicior est ratio, वाग्देवता per genitivum explicare, चरितानि itaque erunt eloquenter et poetice dicta, quibus mentem poetae adornat dea; tali ornamento instruere poetam res est, quam dea gerere debet. hem. 2. duas invenio scholl. explicationes, quarum quasi cardo in duplici vocis चारण vi versatur; nam et cantatorem, mimum, poetam significat, et quod enotatum non est a Wilsone, veneratio, adoratio, शुश्रूषाराधनं C. Fricationem pedum, संवाहनं, intelligit D. suo periculo. चारण tamen ab antiquioribus rarius ponitur pro poeta neque, qui hodie Bhillorum principes circumstant Châranae, cum artis poetis Indicis, कवि, quo verbo semper sese appellat noster, comparari possunt. Si adoratio significaretur, sensus esset, Padmae adoratione factus quasi rex, नृप इव D. vel सेवकाधिराज, C. princeps adoratorum; at mire dictum est चक्रवर्तिन्, si neque rex fuit Jayadevas, neque additur, inter quos regis auctoritate quasi polleat poeta. Magis igitur inclino in sententiam schol. A. qui explicat नर्तकश्रेष्ठः, cum quo consentit etiam qui utroque modo interpretatus est C: नृत्यकलाचक्रवर्ती. sed non intelligo Jayadevam ipsum, Brahmanum, mimi partes egisse, sed mimorum et saltatorum, qui in scena exhibebant Gitagovindam, ordinatorem. Aliter regem poetarum dicit I. 4. XI. 21. Addit A: नृत्यादिना तदाराधनतत्परः । तद् ad Padmavatim i. e. Laxmim refer. चरण, pes, explicat A: तस्याश्चरणयोर्निमित्तभूतयोरेव चारणचक्रवर्ती; desumtum est enim ex more loquendi, quo ut hominem extollant, pedes eius dicunt Indi, nimirum ut significent infimam eius partem se esse altiorem, caput autem et reliqua altiora, quam ut a se nominentur. Sic Bharatas

calceos Ramae capiti imponit, ut eum regem sibi imperaturum significet. Ram. II, 112, 1 seqq. Ad pedes Padmavatis est igitur in honorem Padmavatis et institutor est poeta mimorum, qui deam saltationibus celebraturi sunt. Haec e scholiastarum disputationibus mutuatus sum nec falsam reor interpretationem, licet aliam priorum verborum tentare possem, si scirem, ordinem exstitisse Châranorum, qui annuis Radhae et Krishnae festis celebrandis operam navarent. चरण enim etiam familiam et officium hereditarium significat (vid. Mâl. Mâdh. prolog. p. 3. ed. Bonn.) et dixisset se poeta ducem Châranorum familiae, a Padmavati nomen trahentis eamque colentis. Padmavatim autem quum dicit pro Laxmi, meminit Jayadevas uxoris. Vid. X. 9. Et addit E. पत्नी intelligi coniugem poetae. प्रबन्ध explicat A: प्रकर्षेण बध्यते श्रोतॄणां हृदयमस्मिन्निति प्रबन्धः । Quod argutius quam verius est et etymon vocis magis obscurat quam explicat. Vid. ad Hitop. p. 21. l. 13.

Dist. 3. Alloquium est, subaudi cum schol. हे भक्तजन. Schol. E. Laxmanasenam regem, patronum poetae intelligit, nescio quo iure. मधुर° = मधुरा अर्थतः । कोमला शब्दतः । अतः कान्ता मनोहरा पदावली पदसमूहः । C. कोमल, ut *μαλακός*. Odyss. I. 56. *μαλακοῖσι λόγοισι*.

Dist. 4. Integra omnium enarratorum scholia ad hoc distichon exhibere operae pretium est, ut appareat, quemadmodum negotio suo quisque defungatur.

A. = अथैतदावेशेनैवान्यत्र प्राकृतवर्णनप्रायतामालोक्यात्मनः प्रौढमाविष्कुर्वन्नाह वाच इति । उमापतिधरनामा कविः पल्लवयति विस्तारयति मात्रं न काव्यगुणयुक्ताः करोति । पल्लवग्राही दोषोऽस्य । शरणनामा कविः दुरूहस्य दुर्बोधस्य काव्यस्य द्रुते शीघ्रवचने श्लाघ्यः न तु प्रसादादिगुणयुक्ते । शृङ्गार एवोत्तरः श्रेष्ठो यत्र तस्य सत्प्रमेयस्य सामान्यनायकनायिकावर्णनस्य वचनैराचार्यगोवर्धनस्य स्पर्धावान् कोऽपि न तु रसान्तरवर्णनैः । धोयीनामा कविराजः श्रुतिधरः प्रसिद्धः श्रवणमात्रेण ग्रन्थादिधारी न तु स्वयंकवितया । गिरां शोधनप्रकारं जयदेव एव जानाति न केवलभगवद्गुणवर्णनरूपं तद्वाग्विसर्गो जनताघविप्लव इत्युक्तेः । अथ वा । दैन्योक्तिरियं यथा गिरां संदर्भशुद्धिं किं जयदेव एव जानीते न जानीते एव । यद्यु उमापतिधरो वाचः पल्लवयति नूतनयति मुक्तं (युक्तं?) तथापि सरस्वती पूर्वार्यमेव प्रमाणयति ।

C. = जयदेवस्य कवेः कोऽपि स्पर्धी स्पर्धावान् समानोऽधिको वा न विश्रुतः न ख्यातः । ननु उमापतिधरादयः सन्तीत्याह । उमापतिर्वाचः पल्लवयति केवलं कोमलां वाचं विस्तारयति । इत्यर्थः । न तु गिरां वाणीनां संदर्भशुद्धिं जानीते । तथा शरणः कविः श्लाघ्यः प्रशस्तः । कस्मिन् विषये दुरूहद्रुते दुःखेनाप्यूहितुं शक्यते । इति दुरूहः । दुरूहं द्रुतं च तत् तस्मिन् । अतिशीघ्रं वक्तुं समर्थः । इत्यर्थः । तथा आचार्यगोवर्धनः श्लाघ्यः कैः शृङ्गारोत्तरसत्प्रमेयरचनैः । शृङ्गारोत्तराणि शृङ्गारप्रधानानि च सत्प्रमेयाणि उत्कृष्टप्रमेयाणि च तेषां रचनानि तैः । तथा धोयीनामा कवि[ः] क्ष्मापतिः कविराजः श्रुतिधरः श्रुत्या श्रवणेन धारयतीत्यर्थः ॥

D. = कविरन्यग्रन्थेभ्यो मद्ग्रन्थे बहवो गुणाः सन्तीति द्योतयन्नाह । वाच इति । उमापतिधरः कविर्वाचो वचनानि परं पल्लवयति विस्तारयति न तु गुणादिकं । संदर्भशुद्धिमर्थतः शब्दतश्च

ग्रन्थविशुद्धिं जयदेव एव परं जानीते नान्य इत्यर्थः । शरणः कविर्दुरूहद्रुतः (sic) गूढकाव्यस्य ग्रन्थस्य शीघ्रोच्चारणात् श्लाघ्यः स्तुत्यः । शृङ्गारोत्तराणि शृङ्गारप्रधानानि सन्ति उत्कृष्टानि प्रमेयाणि वाक्यानि (यानि) तेषां रचनैः प्रबन्धैराचार्यगोवर्धनस्पर्धी कोऽपि न विश्रुतः । आचार्यगोवर्धनकविः शृङ्गारप्रधानमेव प्रबन्धं करोतीत्यर्थः । धोयीनामा कवि(:)क्ष्मापतिः कविराजः श्रुतिधरः श्रुत्वा श्रवणमात्रेणैव धारयति न पुनरर्थादिग्रहणे प्रवीण इत्यर्थः । जराजा (राज?) पदेन महालंकारकथनं ॥

E. = लक्ष्मणसेनस्य सामाजिकान् वर्णयति । वाच इति । उमापतिधरो नाम वैद्यः वाचो वाणीः पल्लवयति । अल्पामपि वाणीं बाहुल्येन निबध्नाति । गिरां वाणीनां संदर्भशुद्धिं जयदेव एव जानीते । संदर्भो यथा ना (deest aliquid) — शरणनामा कविर्दुरूहस्य दुःफल (म्? दुःखम्?) उन्नीयस्य प्रबन्धस्य द्रुते शीघ्रतायां श्लाघ्यः । शृङ्गार उत्तरं प्रधानं यत्र एवंभूतस्य सत्प्रमेयस्य विशिष्टप्रबन्धस्य रचनैर्निर्माणैराचार्यगोवर्धनस्य स्पर्धी कोऽपि पुरुषो न विश्रुतो भुवि न ख्यातः । धोयी नाम कवि(:) क्ष्मापतिः कविराजः श्रुतधरः । श्रुतान् (l. तान्) एव धरति । श्रुतिधरः इत्यपि पाठः । धोयी श्रुतिधरक्ष्मापतिर्लक्ष्मणसेनः कविः । इति वार्थः ॥

Poetae itaque hi: *Umâpatidharas*, *Çaranas*, *Anonymus*, *Dôyi*, *Gôvardhanas*, *Jayadevas*, enumerari consentiunt scholl. at differunt in eo, quod unicuique sit attribuendum. Quum in prioris dimidii interpretatione C. aperte falsus sit, कोऽपि ad hem. 2. referens et जानीते, cui particulas न तु praemittit a textu alienas, ad Umâpatidharam, de hoc dicere operae pretium non est. Aut aliam scripturam ante oculos habuit C. aut transposita sunt mendose eius verba. Patet etiam कोऽपि न विश्रुतः et श्रुतिधरः opposita sibi esse et lusisse in hisce verbis poetam; recte separant itaque vocabula A. D. E. कोऽपि autem haud dubie definivit poeta praecedenti स्पर्धी. Restat गोवर्धन, pro quo C. गोवर्धनः legit et श्लाघ्यः ex antec. subaudit; at vides hoc facto, et ieiune positum esse स्पर्धी et contra loci tenorem esse, idem praedicatum ad duo diversa nomina pertinere. Abeundum itaque est in sententiam ceterorum, स्पर्धी cum praeced. nomine componentium.

Distributis ita sententiis, ad singula progredi licet. पल्लवयति A. et E. optime explicant de florida, sed inani oratione; consentiunt C. et D. glossa usi minus apta. Vid. ad Hitop. I. 131. संदर्भ desumtum est de floribus serendis, intelligit venustum et elegantem verborum selectum, iustamque et congruam eorum quasi in serto dispositionem; quae in serto floreo laudatur Mâl. Mdh. p. 23. ed. Bonn. — दुरूह iuxta etymon eum praebet sensum, quem attribuunt ei scholiastae: difficilis investigatu, intellige carmina, quale est *Nalôdaya;* carpitur igitur Çaranas ob facilitatem qua contexit id genus carmina obscura, quibusdam laudata. Quod dvandvam ponit C. minus quadrat. — hem. 3. Rescribendum est रचनैः ex interpretationibus scholl. Scilicet siquidem vix र et व in

scriptura Bengalica distinguuntur, correxeram lectionem S. iuxta schol. A. at video nunc, hunc corrigendum esse ope commilitonum; caussa est, quod in प्रमेय iam contineatur notio verba faciendi. प्रमेय enim id est quod proponitur syllogismo probandum, propositum autem poetae carminis est argumentum, verbis describendum et ornandum; hinc D. explicat per वाक्यानि; proprie autem est argumentum orationis. सत्, bonum, vel, ut scholl. volunt, eximium, cui quum praemissum sit शृ° i. e. id cuius praecipuum thema est amor, excludi videntur a poesi Govardhanae argumenta ab amore abhorrentia, sive ii रसाः, *sapores*, qui cum amore componi nequeunt. Cf. Wils. disput. de रस, prolegg. ad Theatr. Indic. p. LVIII. ed. alt. रचन est dispositio argumenti. His excelluisse dicitur Govardhanas, cui aemulatus quidam nullam nactus sit gloriam. In ultima sententia कविः falsum est, nisi re vera rex fuit, uti asserit E. praecedente disticho eundem Laxmanasenam appellari docens, et peccant scholl. कविः scribentes, interpretati tamen कविराजः. Sed vel sic melius scribitur कवि et dicitur is, quem constabat regem esse verum, rex poetarum, summus poeta. At simplex tamen haec esse potest appellatio laudatoria, ut XI. 21. कवि autem si ponimus, cum eo compositum non esse potest धोयी et mendose ponunt scholl. A. C. D. धोयीनामा; nam si nominativus est, thema धोयिन् debet esse. Praedicatur de eo श्रुतिधरः, quod duplici sensu accipi potest. Si rex fuit, poetarum patronus certaminisque poetici arbiter, eleganter ponit poeta vocabulum, quo eum et poematum auscultatorem dicat, valet enim audiens, et fama celebratum, aures hominum occupantem. Quae vis additur voci propter praecedens न विश्रुतः. De homine Vedarum scientia instructo noli cogitare. At si h. l. non intelligitur rex Dhòyin, Laxmanasenas alio nomine dictus, et indicatur homo, titulum principis poetarum sibi arrogans, etiam in malam partem accipere potes, ut sit poeta, qui ex suo ipsius ingenio nil proferat, aliorumque carminibus memoriam fecundet. Hanc difficultatem tangit E. श्रुतधर et श्रुतिधर diverso sensu ponens, haud perspexerunt aut diremerunt ceteri. Pendet iudicium ab ea qua caremus cognitione, utrum Dhòyin patronus an aemulus fuerit poetae nostri et dubitanter tantum in posteriorem discessi sententiam, eam maxime ob caussam, quod etiam prioribus versibus tres adsint poetae, duo carpantur, unus laudetur.

Dist. 5. हरि dictum est ex sententia schol. ob भक्तानामघप्रक्लेशहर्तृत्वं। - विहि° aut adverbium aut epitheton vocis वेदं esse potest, विहितं कृतं वहित्रस्य नौकाया-

अरित्रं यत्र तत् A., vel विहितं कृतं वहित्रचरित्रं समुद्रतरणाकारपाचेष्टितं यत्र क्रियायां D. Praefero adverbium cum scholl. Proprium esse unicuique incorporationi रसं peculiarem contendit A. Hoc loco observat: - मीनस्य बीभत्साधिष्ठातृत्वं ज्ञापितं ।

Dist. 6. *b.* Optime enarrat E: पृथ्वीवहनेन यत् किणाचक्रं घर्षणाचिह्नसमूहस्तेन गरिष्ठे । — C. = किणो मृतत्वग्ग्रन्थिः । स एव चक्राकारः । - गरिष्ठे per दृढे explicat D, A. per कठिने. Est potius tumidus, turgidus. Mirificum saporem, अद्भुतं, h. l. ponit A.

Dist. 7. Scripsi सूकर per स propter ὗς et *sus*, quae nomina omnia a grunnitu petita sunt; कर qui talem sonum profert; qua voce addita probatur, a subando et suriendo, sive potius a gignendo (सू) non vocatos fuisse sues ab Indis. — भयानकरसं huic incarnationi attribuit A.

Dist. 8. नखं sc. अस्ति. — शृङ्गं = अग्रभागः । — दलि° = विदारितो हिरण्यकशिपोर्दैत्यस्य तनुरूपो भृङ्गो येन तत् । अन्यद्धि कमलाग्रं भृङ्गेण दल्यते इदं तु भृङ्गं व्यदलीत् । इत्यद्भुतशृङ्गत्वं । A. qui नृसिंहस्य वत्सलरसाधिष्ठातृत्वं ponit; intelligit amorem, s. शृङ्गारं; qui profecto leonini est generis.

Dist. 9. पदनखनीरेण जनितं जनानां पावित्र्यं येन हे तादृश A. सख्यरसं, amicitiam sistit heic A. quod invenit proprio Marte, ut plenus esset numerus denarius. nam novenarium non excedunt technici."

Dig. 10. भव = संसार. — रौद्ररसा° A. furor est.

— 11. *Bali*, unum quinque magnorum sacrificiorum Brachmanicorum, omnibus rebus creatis faciundum, sub divo peragitur; hinc explica, cur दिक्षु additum sit. Regentes regionum Indras ceterique divi sunt, quibus morte Ravanae factum quasi sacrificium est. Ad compassionem, करुणा, refert A.

Dig. 12. विशदे = शुभ्रे. — हल° = लाङ्गलाघातस्य भयेन । C. — तद्भीत्या मिलिता यमुना तद्वदाभा यस्य तत् । अनेन श्रीहलधरस्य हास्यरसा° A. Ridiculam historiam referre omisit. At observandum est, aratorem divinum, Haladharam, h. l. pro pastore divino, Krishna, positum esse. Hic nimirum a secta, quam sequitur Jayadevas, Vishnui aequiparatur summoque numinis loco habetur. Indivisi Vishnuis sive Krishnae quum iuxta theologiam Indicam nulla sit ἐπιφανεία, Krishnae locum inter incarnationes in Gîtagovinda supplet Haladharas. cf. dist. 16.

Dist. 13. अहह इति खेदानुकारे दयायां । D. Dicunt scholl. mirari poetam, quod idem Deus, qui quondam Vedas ab interitu salvos reddiderit, posthac eos reiecerit, Buddhae persona indutus. श्रुतिजातं substantive accipiunt omnes et vix aliter potest h. l. enarrari; जात i. e. collectio et वेदसमूहं,

वेदवाक्यसमूहं ponunt scholl. A. E. D. वेदार्थतत्त्वं C. जात interpretatus per ortum: ex Vedis ortum. दर्शितपशु° a praecc. separant A. E. prior adverbium ponens, alter adiectivum ad श्रुति° pertinens: उपदिष्टः पशुघातो यत्र तत्. Tum सद°° Vocativus est. At दर्शित, exhibitus, diversum est ab उपदिष्ट, praescriptus, iniunctus; दर्शि° quum sit res per quam aut, si adverbium ponis, ratio, qua exhibetur immolatio animalium, addatur necesse videtur, quemadmodum exhibuerit Buddhas immolationes istas a Vedis sancitas sibi tam odiosas. Coniunxi itaque सद° cum seqq. secutus C. aliter tamen interpretatus. Is enim सदयहृदय per ब्राह्मण enarrat et genitivum commodi ponit: Brahmanis exhibita immolatio. Verum potius contrario vocabulo h. l. dixerit poeta ex mente Buddhae Brahmanas. सदयहृदय est pro instrumentali; reiecit ritus Vedis sancitos, postquam fecerit, ut homines animo misericordi contemplati sint immolationes animalium. Sic caussativum दर्शित vero suo sensu interpretaberis. Adverbia talia sexcenties per Gîtagov. recurrunt. Ad शान्तरसं, *tranquillitatem, serenitatem*, refert Buddhae indolem A.

Dist. 14. कलयसि ut infr. 16. = धारयसि. — करवाल = खड्गं. — धूमकेतुं. De metro vid. prolegg. et Var. Scr. Est aut cometa aut traiectio *stellae*. कश्चिद्धूमकेतुनामा य उत्पातिकग्रहस्तमिव। A. औद्यातिकतारकापातं. D. De igni non cogita. Kalkis, ut obiter hoc moneam, nescio an cum काल, tempore, quid habeat commune, at cum कलि, कलिल, कलुष notionem refert perturbationis, et translate peccati. वीररस, heroicam virtutem, ponit h. l. A.

Dist. 15. उदितं = भाषितं। भ° = संसारे धनरूपं। C.

— 17. एपदं हे इत्यर्थे। A. — कलित = धृत। D. Hic hymnus Krishnam sive Vishnum sub Krishnae nomine cultum praecipue invocat.

Dist. 18. दिनमणि = सूर्य। भवखण्डन = संसारनाशक। D. — मानसे सरसि हंस इव सदा तच्चित्ते स्थितः। A. quem semper desiderant pii, veluti anseres lacum Manasam.

Dist. 19. विषधर = सर्प. Kâliya nomen est serpentis.

— 20. निदान = आदिकारण.

— 21. भवमोचक = संसारभञ्जक. — भवनं गृहं। तत्र निधानमिव निधिरिव D. Per आधारः explicat निधान C.

Dist. 22. जि° = जितराक्षस यद्वा जितपाप D. Alterum unice verum, si quidem prius tautologia est, seq. शमितद°.

Dist. 23. श्रियो लक्ष्म्या मुखं तदेव चन्द्रः। तस्य चकोर। तस्य संबोधनं। चकोरो हि चन्द्ररश्मिपानं करोति। अयमपि श्रीमुखाधरपानं करोति। इत्यर्थः। C.

Dist. 25. मङ्गलं est cantilena auspicatoria, non tantum गीतविशेषः ut dicit D. — कुरुतात् भक्तानां इति शेषः। D. Solemniorem formam recepissem, si tuiti essent libri ceteri. Forma enim haec in तात्, quam in solemnibus benedicendi formulis admittit etiam classica lingua pro 2da et 3tia sing. imper. act. (Vid. Wilk. p. 137.), saepius librariorum culpa obscurata aut deleta fuisse videtur, ut ex. gr. भवतात् Hitop. II. 175. Ad 2dam personam vix eam pertinere dixeris, translatamque e tertia, sicuti Latinorum *to*. Miraberis itaque hanc terminationem in Vedis praecipue 2dae per. plur. attribui: गात्रमस्य नूनं कृणुतात्। पार्थिवं खनतात्। संवृणुतात्। सूर्यं चक्षुर्गमयतात्। pro कृणुत। खनत। संवृणुत। गमयत। Immo etiam cum litteris ध्व 2dae pl. med. omisso *m* finali, coniungitur: वारयध्वात्। Omissum est *m*, nullo adiecto augmento, in यजध्व pro -ध्वं. Locos grammatici vetusti invenient sine mea ope homines tam repente et mirifice पाणिनिविज्ञमाः facti. Etiam id dubium est, utrum hoc augmentum finale sit tantum आत्, omissa ultima littera terminationum त et ध्वं, an duae sint formae तात् et आत्. De qua re h. l. non disputabo, sed manebo, dum allata ex ipsis fuerint Vedis exempla, ex quibus accuratiora de horum augmentorum usu edocti fuerimus. — उज्ज्व° non satis accurate explicatur per रम्यं गायनं यस्मिन् तत्. उज्ज्वल, omne est quod splendore excellit et translate dicitur non tantum de rebus visui obiectis, ex. gr. Mâl. Mâdh. p. 17. ed. Bonn. et infr. XI. 30. de elegantia vestitus, sed audacius, uti h. l. vides, de cantu.

Dist. 25. Subiectum est उरो मधुरि° - - अनुपू° expleat quod gratum est vobis *iuxta* desideria vestra. Haec est vis praep. अनु. — व्यक्तानु° tanquam externum amoris signum: -खेल° = खेलागतिं कुर्वन् योऽनङ्गः तस्य खेदेन आयासेन स्वेदाम्बुपूरो घर्मजलप्रवाहो यत्र तत्। D. — तटी et तट *ripa*, usurpatur de quavis eminentia, praecipue corporis, tum figurate de conditione animi a curis mundanis remoti tranquilla, ut in voce तटस्थ, i. e. qui veluti homo in ripa a periculis navigationis securus, aliorum vicissitudines oculis collustrat. cf. Mâl. Mâdh. Act. I. dist. 17.

Dist. 26. hem. *a.* delicata *tanquam* flores membra. Semel sit h. l. observatum, composita talia *comparativa* sexcenties usurpari ab artis poetis. — Instrum. चिन्ताकुलतया regitur a वलत् = चिन्ताकुलतया वलन्ती उद्वहन्ती (वर्धमाना C.) बाधा (sic) पीडा यस्याः। D.

Dist. 27. Locativi, quibus hem. *a.* et *b.* finiuntur, ad वसन्ते referendi sunt; describitur ver, quo omnia ad amoris sensum rapiuntur, inanimata aeque atque animantia, ut observat Schol. चेतनानां का कथा.

Operae pretium erit sesquipedalia haecce epitheta singulatim enarrare, ut exemplum ponatur, quomodo in eis enucleandis sit vertendum. मलयसमीर ipsum Tatpurusha est: मलयस्य समीर्, ventus a monte Malaya in meridie Indiae spirans. Definitur Malayensis ventus eis, quae antecedunt, ipse autem quum pars sit phaenomenon, quibus vernum tempus distinguitur, totum hemist. unius compositi more ad वसन्ते refertur: verno tempore, quo Malayensis ventus talis est, qui heic depingitur.

Epitheton venti est praecedens ललित- कोमल । quod si a*d* मलयसमीर refertur, *Karmadhâraya* est, si totum ad ver trahitur, *Bahuvrîhi*. कोमल, *mollis*, explicat schol. per गन्धमनोहर, *suaveolentia iucundus*, dulci fragrantia imbutus. Cum hoc construe ललितपरिशीलनेन, tanquam *Tatpurusha*, suave olens propter vel post frequentatas Garyophylli vitices. परिशीलन est actio circumsiliendi et Tatpurusha est cum लता constructum. लतानां परिशी° लता cum praec. लवङ्ग compositum sistit *appositivum* i. e. tale *determinativum*, quod determinationem enuntiat per nomen appositum, non per adiectivum, ut ex. gr. स्मरतस्कर, Bhartrih. I. 85. ille praedator qui Cupido est, non vice versa, et sexcenta alia. ललित, pulcer, *Karmadhâraya* est cum seq. लवङ्ग. Favonii autem talis descriptio, quae tanquam pars inseritur descriptioni veris et per unum compositum absolvitur, efferenda est in aliis linguis per sententiam iustam, subiecto et praedicato instructam, *relationis* signo quodam coniunctam cum eo nomine, cui describendo inservit. De simplicibus determinativis nunc non ago, quae etiam cum subiecto per relativum connexa cogitari possunt, ut saepenumero faciunt grammatici, ex. gr. quum ललितलता explicant per ललिता या लता सा । nam haec vel nos primo intuitu sine ullo adiumento recte intelligere solemus. Sermonem autem instituo de eis, quae complexa ac quidem multiplicia sunt, in quibus varia compositionis genera simul cernuntur.

Etiam horum relatio ad notionem principalem simplex est et ad definitum quoddam compositionis genus pertinet; at enim vero intra sui ipsius fines plus uno composito admittunt. Composita haec, membra ut ita dicam maioris cuiusdam corporis, recte ad vivum quasi resecanda sunt, antequam totius rationem bene intellexeris. Sic membra compositi nostri habebis: ललितलवङ्गलतापरिशीलन, dein कोमल, denique मलयसमीर; frequentatio pulcrarum Garyophyllorum viticum, suaveolens, Malayae ventus. Sunt ut vides tam singulae voces, quam complexae; hae conti-

neri possunt et copulativis et determinativis et tatpurushis et possessivis compositis; postrema rectius *relativa* dixeris; nam ratio eorum saepius in relatione, quam in possessione cernitur; qua de re infra dicam. Membra autem appello compositi partes, quae locum sibi proprium occupant, si in enunciationem legitimam convertitur totum compositum; quod semper et fieri potest et debet, atque ab indigenis grammaticis factitatur. Composita hinc dixerim *enunciativa.* Cuius generis est, si h. l. dicimus: ललितलवङ्गलतापरिशीलनेन कोमलो (भवति) मलयसमीरः। Verbum substantivum inserui, quod ut constat cogitatione plerumque subaudiunt Indi. Enunciatio haec: Malayensis ventus suaveolens fit frequentatione Garyophyllorum, contrahi potest in unum compositum enunciativum, omissis inflexionibus et copula. Compendiato autem hunc in modum sermone, diversa poni potest ratio subiecti; si in eo subsistitur et enunciatio de eo praedicatur, praecedentia i. e. praedicatum cum accessoriis suis, adiectivum constituent cum subiecto more *determinativi* coniungendum. Sic habebis: ललित- कोमलमलयसमीरः i. e. ललित- कोमलो यो मलयसमीरः। frequentatione Garyophyllorum suaveolentem ventum Malayensem. Relatio praedicati est ad subiectum enunciationis. Sin autem aliud ponitur extra enunciationem subiectum, ad quod et subiectum et praedicatum enunciativi compositi simul refertur, evadit compositum possessivum, vel ut malo, relativum, siquidem in sola relatione discrimen est positum. Uti quum in nostro exemplo referatur ventus cum praedicato suo ad vernum tempus, tanquam attributum. Enunciativa haec composita itaque Karmadhâraya sunt, si id, de quo praedicatur, ultimum vocabulum, subiectum enunciationis est; Bahuvrîhi sunt, si id, de quo praedicatur, extra enunciationem positum est et ad id refertur subiectum enunciationis.

Tria igitur sunt, quae in hisce compositis enucleandis fieri debent: primum, ut *membra* invenias totius corporis; secundum, ut singula membra, si ipsa sunt composita, dissolvas et ad classes suas referas; tertium, ut membrorum vices in enunciatione definias. Restat, ut indages, utrum de subiecto enunciationis praedicetur praedicatum, an subiectum una cum praedicatis suis alii notioni attribuatur; quod tam de simplicibus Kamadhârayis, Bahuvrihibus et Tatpurushis, quam de hisce enunciativis valet. Haec eo consilio adumbravi, ut videant hisce vocabulorum miraculis minus assueti ea tractari, et posse et deberi grammatica

ratione, qua carere nequit humana oratio. Simplicia composita accurate tractavere Indici grammatici; complexa optime explicant, regulas autem secundum quas sint explicanda, nullas posuere. At regulam magnopere desiderabit, qui intellexerit, magnam Sanscritae syntaxis partem contineri hisce enunciationibus attributivis. Rem alio loco tentabo, nunc in negotio est, exempla quae per Gîtagovindam recurrunt, ubi opus sit, illustrare, si illustrare potero. Ad hem. *b.* itaque me converto. Membra sunt haec: मधुकरनिकरकरम्बित, कोकिल, कूजित, कुञ्जकुटीर. De postremo, *umbraculo,* praedicantur, quae praecedunt omnia, praedicatum est enunciativi कूजित, = शब्दित, cantu resonans, resonatus, si ita dicere liceret. Regit कूजित praecedentem vocem instrumentali कोकिलैः, cuculis resonat umbraculum. Ad कोकिल autem pertinet praecedens, quod compositum ipsum est et valet मधुकराणां निकरैः करम्बित, cuculi cum examinibus apum commixti. Grammaticam si respicis, मधु-करम्बित accessorium est et enunciationem non mutat; ea continetur his: umbraculum resonare cuculis. Haec sententia autem refertur iterum ad ver et dicitur vernum tempus esse tale, ut umbracula resonent cuculis. Ex hisce exemplis regulam abstrahe hancce, in compositis Indicis praecedens quodvis vocabulum semper pendere a sequente; quae Sanscritae et cognatarum linguarum ratio, recta regentibus in compositis praemittendi, quanti sit momenti in facultate eis peculiari componendi, longum sane est dicere.

Dist. 28. *a.* Construe: पथिकवधूजनेन जनितो विलापो यत्र (वसन्ते) तस्मिन्। - उन्मद - मनोरथ epitheton est proxime sequentis पथिकवधूजन. Explicat D: उद्गतौ मदमदनौ हर्षकामौ यत्र एवंभूतो मनोरथो यस्य एवंभूतः पथिकवधूजनः। Sed inepte, quia nemo queritur prae gaudio. C. aliam sequitur viam: उत्कृष्टो मदो येन स मदनः। itidem A: उद्गतो मदो यस्य तेन मदनेन मनोरथः etc. Ponunt itaque epitheton desiderii: *quo amor excitatur*; praedicatur de viatorum puellis, eas esse tales, quibus id sit desiderii. At neuter assecutus est vim adiectivi उन्मद, quod explicandum est a potestate praepositionis उत् nomini praefixae. Vid. ad Hitop. II. dist. 28. उन्मद est is, in quo furor excitatus est, qui manifesto furit. Construe: उन्मदो मदनस्य मनोरथो यस्मिन् स -- जनः। mulieres, in quibus amoris desiderium quasi furit, nimirum adventante verno tempore. — *b.* निराकुल secundum Wilsonem est *quietus* nec dubium, quin contrarium perturbati आकुल, sit tranquillum. Alia tamen vis vocis h. l. est; enarrant scholiastae: अस्तव्यस्त i. e. hinc illic concussus. Malo: onere florum depressus, ideo immobilis.

Dist. 29. *a.* मृगमद वशंवद et नवदलमाल - utrumque praedicantur de तमाल

more dvandvae, ita tamen, ut caussa prioris praedicati posteriori simul indicetur. Scholiasta D. prius praedicatum ad नवदलमाल refert: = गुरुमितोत्साहच्छायात्ततावाद्विनो नवा दलमाला येषां ईदृशास्तमाला यत्र। At falso, quia Tamâlae Muscum vincunt, non flores tantum earum. Sensus est: Tamâlae, ut quae novorum foliorum sertis instructae sint, fragrantia muscum superant. वशंवद secundum Wilsonem est se in ditionem alicuius tradere, dicere, declarare. Qua vi leges infra XI. 24. H. l. tamen passive positum est: aliquem ditione sua teneri declarans, uti ponit scholiasta. Eodem modo वश utroque sensu usurpatur. — *b.* रुचि h. l. est pro acie, तीक्ष्णता, non दीप्ति, quod profert D. Compositio est comparativa, acuti, tanquam ungues: नखानि तद्वद् रुचिर्येषां etc.

Dist. 30. *a.* De metro vide prolegg. et Var. Scr. A metro quum emendatio non postuletur, explicanda est vulgata: कनकदण्ड, proprie id, quod aureo manubrio est instructum, umbella dicitur, quae apud Indos insigne est regiae maiestatis. Amor saepissime rex orbis terrarum dicitur. Attribuitur itaque Kesaris splendor talis, qualis est umbellae Amoris. Consentiunt scholl. — *b.* Stili Patalium apibus cinctarum comparantur pharetrae Cupidinis sagittis plenae. विलास quia amor ludens quasi et petulans corda hominum ferit.

Dist. 31. *a.* Componitur gemmatio Karunae floris cum risu, quem emittere dicitur Karunas homines contemplatus aut ob homines aspectos. = जगतोऽवलोकनेन तरुणैः करुणैर्वृक्षैः पुष्पविकासव्याजेन कृतो हासो यत्र। D. Hoc in aperto est, at quaeri potest, quomodo intelligenda sint hominum epitheta विगलितलज्जित. — विगल् est decidere, stillare, विगलित, itaque stillatus; deinde translate de eo, quod stillatim quasi amissum est, (ut simplex de dentibus, Hitop. p. 10. l. 22.) ex. gr. scientia; vid. Chaur. Panchâç. 1. *d.* Infra IV, 14. de caule dictum est exquisitius, siquidem fracto caule stillat succus. C. accipit: विगलितं लज्जितं लज्जा यस्य जगतः। itaque impudentes homines, ut qui sese Karunis aequiparare moliantur. Grammatica non obstat; sed sensus; nam pudor heic est cogitandus subito, non stillatim evanescens. Praefero igitur interpretationem, non verba schol. D. विगलितस्य शिथिलावयवस्य अत एव लज्जितस्य etc. Dvandva est, sed caussa posterioris attributi priori continetur; pudor est hominum, ut qui se inferiores sentiant; ut quorum pulcritudo in praesentia florum quasi evanescat. Similiter dicitur हीन, inferior. Hitop. pr. 42. cf. tamen VI. 8. — *b.* विर° = वियोगिनां कापि कुन्तगुल्माकृतीनि भल्लगुल्माकाराणि यानि केतकीपुष्पाणि। तैर् दन्तुरिता व्याप्ता आशा दिशो यस्मिन् D.

Dist. 32. *a.* Alteram lectionem, quam e B. et C. laudavi, sic interpretatur schol. C. नवाश्चैता माल्यस् (l. मालत्यस्) तासां ज्ञातिः प्रादुर्भावः । forma in *i* correptum a Wilsone non agnoscitur, postulatur tamen a metro; dein pergit: अथवा मालिकया अतिसु°. — *b.* अकारण, sicuti अकस्मात्, est: ex repente, id, cuius caussa non cernitur = उपकारं विनैव बन्धुः । C.

Dist. 33. *a.* मुकुलित et पुलकित dvandvae more coniuncta sunt epitheta. — *b.* वृन्दावनविपिने हरिः क्रीडतीत्यन्वयः । D. Huius, non veris epitheton, est परिसरपूते । Aquae Yamunensis attributum est परिसरपरिगत; partic. परिगत per व्याप्त enarrant scholl. minus bene, quia potius active h. l. positum est: circumambiens, inundans; परिसर est vicinia, locus conterminus, पर्यन्तभूः परिसर इत्यमरः । A. cf. infr. II. 6. Mál. Mádh. p. 17. पूते inde explica, quod sacrum sit apud Indos flumen Yamunae.

Dist. 34. *a.* भणितं nomen est. उदयति उदयं प्राप्नोति D. विराजते C. A. — हरिचरणास्य स्मृतिरनुचिन्तनं सारो मुख्यं यत्र । D. — *b.* अनुकृतकामविलासो यत्र । D.

Dist. 35. वियोगिनां दुःसहवसन्तवायुं वर्णयति । इह वसन्ते गन्धवाहो वायुश्चेतो दहतीत्यन्वयः । किं कुर्वन् । दरविदलिताया ईषद्विकसिताया मल्ल्या मल्लिकाया वल्लीषु लतासु चञ्चद्भिश्चलद्भिः परागैः पुष्परजोभिः प्रकटितपटवासैः स्फुटीकृतपटवासचूर्णैः काननानि वनानि वासयन् सुरभीकुर्वन् । पुनः किंभूतः । केतकीपुष्पाणां गन्धस्य बन्धुः मित्रं । प्रसरन्तो ये ऽसमबाणाः कामबाणास्तेषां प्राणावत् । D.

Dist. 36. Construe वासरा कथं कथमपि (= केनापि दुःखेन D.) पथिकैर् नीयन्ते । नी, ducere, de tempore dicitur, quod in longum trahitur vel aegre fertur. hemm. *a. b.* describunt dies, quales a viatoribus ducuntur. Habes h. l. exemplum enuntiativi compositi, in duas partes inserta casus cuiusdam terminatione divisi; nam idem est nostrum, ac si legeres - कलकलोद्गीर्ण- । regitur कलकलैः a seq. उद्गीर्ण । उद्गीर्ण sputo eiectus, explicatur in scholl. pro dolore manifestatus: कष्टजनकत्वेनोद्गीर्णःप्रकाशितः । कर्णज्वर, febris aurium, est id, quod moestitia et aerumna auditur, श्रवणोपताप D. Hoc aperte viatores respicit, ita ut उद्गीर्ण potius eo sensu accipi debeat, ut sit cantando excitatus; शब्दे etiam definitur गॄ. Excitatur quasi febris auribus viatorum cantu cuculorum, utpote qui adventum veris celebrent, molestum peregrinatori ab amica seiuncto. Cetera facilia sunt: उद्गी° - ज्वराः dies sunt, quibus talis febris invadit viatores. कोकिल- कलकलैः = कोकिलानां सूक्ष्माव्यक्तमधुरध्वनिकोलाहलैः D. *tatpurusha* est. क्रीडन् praedicatur de cuculis, व्याधूत de Mangiferarum ramulis, लुब्ध de apibus, उन्मीलत् de मधुगन्ध. — *c.* ध्यान- लाभैः instrumentalis est ad पथिकैः a schol. D. relatus; potes etiam cum A separare ab isto vocabulo: trahuntur dies *a* viatoribus per gaudia etc. Quod praefero, ut magis ad loci sensum accommodatum, nec rara est talis

duorum instrr. invicem non connexorum in eadem enunciatione iunctura. प्राप्त et quae antecc. epitheton constituunt sequentis प्राणसमा, quod h. l. nomen est et *uxorem* valet; प्राणेभ्योऽपि प्रियतरा et प्राणसमाहिता iam epici dixere. cf. Râm. I. 1. 26. Hac viatores per momentum temporis potiuntur intentione recordationis. प्राणसमा genitivo ponunt scholl.; melius quadrat instrumentalis propter समागम = तया समागमस्य रसाद् उत्पन्नैर् उल्लासैः । Postrema verba ex A. sunt. D. ultima variat: -उल्लासो हर्षो येषां ते ।

• Dist. 37. स्फुरत् et मनोहारिन् utrumque ad विलास pertinent tanquam epitheta, quae praecedunt autem a स्फुरत् pendent; explica: परिरम्भस्य संभ्रमे स्फुरत्. Rad. स्फुर् plerumque ponitur pro *erumpere*, sese *expandere*, praesertim cum tremula motione. Sic de oculi nictatione Mâl. Mâdh. I. 1. de cauda pavonis lumina sua expandente: Megh. Dût. 15. बर्हेण स्फुरितरुचिना. Adde locc. ap. Ros. s. v. Nostro loco dispescunt scholl. vocem in duos sensus rectius coniungendos: D = रतस्तो महत्। A = आविर्भवत्। — लालस adiectivum facit D: विलासे लालसं = क्रीडायाम् आदरवन्तं । Obstat substantivum esse लालसा. Rectius itaque A. = लालसा औत्सुक्यं यस्य तं, cui desiderium est talis lusus, qui talis lusu delectatur.

Dist. 38. *a.* Tria sunt epitheta dvandvae more coniungenda चन्दन-कलेवर, पीतवसन, वनमालिन्. Karmadhâraya vocat D. ततः प्रत्येकं कर्मधारयः । Quod miror, quum solis luce clarius sit, non definiri amictum coloris flavi attributione, etc. sed attribui Krishnae flavum amictum. Idem tamen repetit hem. *b.* ubi duo Karmadhâraya ponit: केलि- गण्डयुग et स्मितशालिन्. Dvandva est adiectivorum. केलिचलत् (= केलिना चलत्) epitheton est inaurium. — स्मितेन शालते शोभते. D. Nescio an hoc sensu inveniatur rad. शाल्. Adiect. शालिन् eo agnoscit Wils. s. v.

Dist. 39. *a.* भर, sicuti contrarium लव, vid. Hitop. IV. 76. additur eodem modo, atque अन्तर, इतर, pro *aliud*, मात्र, *tantum*, *solum*, et quod sensu a भर non differt, अतिशय, *ingens*, *praemagnum*, *abundans*. आधिक्य interpretantur scholl. Exemplis scatet Gît. G. cf. II. 11. III. 5. IV. 1. VII. 19. XI. 26. 30. etc. — *b.* उदञ्चि°. A. = उन्नीतः पञ्चमस्वरो यत्र तं रागमनुगायति । D. = अनुत्तुङ्गीकृतपञ्चमरागाख्यस्य पश्चाद्गायति । कृष्णगानानन्तरं स्वयं गायतीत्यर्थः । A. itaque अनु ponit sensu *iuxta*, *secundum*, cantando imitatur quintum musicum modum; aut iuxta eum modum cantat. D. अनु interpretatur per *post*: post Krishnam cantat eum modum. E dist. 43. apparet tibia canere Krishnam, unde probabilius est, A. recte explicuisse. अनु + गै utrumque sensum patitur. उदञ्चित, vix du-

bium est quin proprie dictum sit h. l. de modo, quem tibia incinit Krishnas. Indicat id A. et eodem modo dicitur de musica उच्चारित Mrich. p. 93. Alios locos, quibus hoc sensu positum sit उद्भव, desidero.

Dist. 40. *a.* विलासेन विलोलयोश्चञ्चलयोर्विलोचनयोः खेलनेन संचारणेन जनितो मनोजः कामो येन । D.

Dist. 41. *b.* अनुकूले coniunge cum कपोलतले, श्रुतिमूले cum लपितुं.

— 42. कुतुकेन instrumentalis est caussae (हेतुना) separandus a करेण, quo vocabulo instrumentum trahendi significatur.

Dist. 43. *a.* Epitheton est sequentis रासरसे । ubi dulcisona avena concinentes habet armillas, manuum plausu concussas. Scilicet कलस्वन epitheton est tibiae, कलित autem et quae praecedunt, praedicatum compositi enunciativi. कलित per मिश्रित explicat C. accuratius intelligitur de concentu musico, constat कल de tono dici. Cetera bene expedit: कर° = हस्तयोस्तालेन चपेटध्वनिना तरलया चञ्चलयावल्या कङ्कनपंक्त्या कलितो मिश्रितः कलस्वनवंशः etc. रासनृत्य compos. est.

Dist. 44. *b.* स्मितचारु यथा स्यात् तथा । A. i. e. adverbium est: tali modo intuetur, ut ridendo pulcer sit. Nec स cum स्मित, nec परां cum चारु coniungere aggredere; obiecto opus est verbo पश्यति et subiecto sententiae.

45. *a.* रहस्यं, mysterium; qua voce probatur, haud abnuere poetam mysticam interpretationem. Cf. dist. seq.

Dist. 46. *a.* विश्वेषां ad adoratores referunt quidam, भक्तानां interpretati, ad puellas alii: सर्वगोपाङ्गनाजनानां; sed obstat quo minus hoc facias genus, praesertim quum in seqq. sit सुन्दरी. At ex altera parte nulli h. l. memorantur sectatores Krishnae praeter puellas. Diserte itaque voce usus esse videtur poeta, quae quum propter contextum ad puellas referri debeat, forma sua ad alios spectet. Recte itaque C. explicat per विश्वेषां जगतां सकलप्राणिनां स्थावरजंगमादीनामपि । Memineris mysterium mox dictos fuisse amores Krishnae. Amor autem universalis quo omnia exsistentia amplectitur deus, non discriminat; huc refer cum C. मुग्ध = हरिः परमात्मा सन् मुग्धोऽविवेकीव । De iuvenili inconsiderantia proprie dicitur मुग्ध, alia forma मूढ de hebetudine quae non esse debet ingenii. Verum amorem ab inani, Radham a ceteris puellis, distinguere nondum didicit Krishnas. — *b.* = नीलोत्पलमाला । तद्वत् कृष्णमनोहरैरङ्गैः कामहर्षमुत्पादयन् । D. qui versum addit: श्यामो भवति शृङ्गारः श्वेतो हासः प्रकीर्तितः । A. contra nigro colore pulcritudinem indicari asseverat. Neutrum veritatem assecutum esse reor. — *c.* अभितः mystice est सर्वतोभावेन, praesentia numinis per universitatem rerum. — *d.*

मूर्त्तिमान्. Antiqua imago. vid. Nal. I. 15. Variavit Bhavabhûtes M. M. I. 15. alii aliter.

Dist. 47. मलयानिलस्य दुःसहत्वे कारणमाह । अथेति । *a.* अथ = वसन्तसमये । D. उत्सङ्गेषु = चन्दनतरुकोटरेषु C. cf. Raghu V. IV. 48. कवल° = कवलो ग्रसनं तेन क्लेशादिव C. — इशाचलं = हिमाचलं Scholl. Nomen est Himalayae, uti contextus et scholl. docent; at origo nominis satis obscura. De अचल nemo dubitabit; quid autem valet इश? Haud agnoscit Wilso; इष si scribitur, nomen est mensis, alias *Açvin* dicti, qui cum hieme et glacie nil habet commune. Noli itaque comparare cum nostro *Is*, Graff. p. 485. licet eo deducit glossa हिमाचल, mons nivis, et non refragantur litterarum elementa. Neque credibile est nomen tam antiquum pro glacie (nam vetustissimum sane foret et in Vedis indagandum) a Jayadeva denuo in lucem fuisse protractum. Malo igitur credere rescribendum esse ईशाचल, mons *Içae*, qui a Çiva non diversus et praeses regionis aquilonalis dicitur. Vid. Wils. s. v. v. ईश, ईशान. Intermedia est inter septentrionem et orientem et montibus nivosis cincta regio; quam ob caussam facile mons *Içae* pro nivoso dici potuit. Iças autem qui huic regioni praeponitur, utrum antiquitus Çivas fuerit, valde addubito. Nam minorum gentium sunt divi regionum tutores et Içae loco a Manu ponitur, ut videtur, Chandras, i. e. *Lunus*, qui cum nive et frigore plus habet rei quam Çivas. Dubitanter loquor; nam Lunum septentrioni vindicat Bharateae locus. Vid. de Pent. Ind. p. 70. sl. 76. dum eidem regioni Kuveram ascribit Kalidasas, Ragh. V. IV. 66. neque recusare videtur Manus, aut Kuveram aut *Terram* inter mundi tutores referens. IX. 303. VII. 4. Turbata est res, quam illustrare h. l. meum non est, quum et respicienda foret duplex mundi divisio aut in IV. aut in VIII. regiones, et alii inferiorum divorum in unaquaque regione agentes. — *b.* प्राप्ते° = हिममज्जनेच्छया । D. — *d.* उत्ताल explica ab usu praepos. उत् praefixae nomini (vid. ad dist. 28.) et ताल, numerus musicus. Tralatae sunt quas ponit Wilso s. v. potestates. पिक cuculus est niger, sed ab origine *picus* fuisse videtur, nomine in India ad alium avem translato. Vid. Colebrook. Transs. Lond. I. 453. ubi pika scribitur, prorsus ut pīcus.

Dist. 48. *a.* Corrige वामभ्रुवां; nam वामभ्रू est pro puella, वामाभ्रू forent supercilia puellarum, quae etiam वामाः dicuntur. Temere itaque tentavi scripturam librr. Construe: राधया चुम्बितो हरिः पातु वः । Gerundd. व्याहृत्य et आलिंग्य refer ad राधया । - विभ्र° = शृङ्गारविलासधारिणीनां गोपाङ्गनानामभ्यर्णे समीपे etc. D.

Titulos finales repetendos curavi, quales in libris optime scriptis leguntur; omissi sunt a D. neque magni faciundi esse videntur. Variatur in eis nomen Krishnae; unde si tanti est, mutare quae leguntur fin. capp. IV. et XI. nomina debes, prius cum B. in माधवः, alterum in गोविन्दः. Quandoquidem a poeta hasce inscriptiones profectas esse credibile non est, feliciores et quaerere et invenire licet.

II. Dist. 1. *b.* विगलित explicatur per गत a D. et विसृष्ट a C. Ex eis quae ad I. 31. *a.* disputavi, apparet *amissum* significare; उत्कर्ष quum praeeminentia, praestantia sit, et निज idem valeat, atque स्व, vid. ad Hitop. p. 30. l. 2. interpretari debes: ob amissam suam excellentiam, nimirum prae ceteris puellis apud Krishnam. Ablativus pendet ab ईर्ष्या aemulatione. Falsus est D: गतनिजसौभाग्यात्. — *c.* मधुव्रत in comment. ponit D. quod ad idem redit. मण्डली per समूह enarrant scholl. obliti nullius esse hanc vocis formam. Compositum est eodem modo, ac मण्डलीकृत, cum मुखर et valet circumsonans.

Dist. 2. *a.* संचरत् ad ध्वनि refert et per उद्गच्छत् explicat D. ad सुधा A. quod unice verum est: संचरन्ती अधरसुधा यत्र तेन मधुरध्वनिना etc. Vel hoc melius erit compos. comparativum ponere: संचरन्ती अधरसुधावत् मधुर, sonus suavis veluti nectar labiorum, quod cum eo commiscetur. मोहन nomen proprium tibiae fuisse contendit D. — *b.* Tria pono cum D. et C. epitheta in unum compositum coacervata: आवर्जितो दृगञ्चलः कटाक्षो यस्य । चञ्चलो मौलिः शेखरं यस्य । कपोले विलोलश्चञ्चलो वतंसः कर्णाभरणं यस्य सः । ततः प्रत्येकं कर्मधारयः D. De postremis cf. ad I. 38. A. omnia invicem coniungit; sed quomodo, amabo, oculorum motione corollam movebit iste? — *d.* परिहास irrisio est, non नर्मन्, delectatio, uti volunt scholl. Radham irrideri posse abnuentes.

Dist. 3. *a.* वल° = वलयाकारेण वेष्टिताः केशा यस्य । D. — *b.* प्रचुर = विस्तीर्ण D. Explica: tanquam nigra nubila.

Dist. 4. *a.* नितम्बवती = नारी C. लम्भितः प्रापितो लोभो येन D. De C. cf. V. S. — *b.* De metro cf. prolegg. Explica: dulcis tanquam Bandhujîva. Aliam interpretationem et 2di epitheti scripturam praebet C. licet vulgatam etiam agnoscit. Corrupta sunt profecto verba, quae sananda proponam: अ- पल्लवकलितदरस्मितशोभं । बन्धुजीववत् रक्तपुष्पवद् अधरपल्लवस्तस्मिन् कलितं स्वीकृतं तच्च दरस्मितमीषद्धास्यं तेन शोभा यस्य तं । उल्लसितस्मितशोभा यस्य स तं । अर्थादधरपल्लव एव उपमालंकारः । C. Etiam A de rubro colore accipit: पुष्पवद् अरुणो मधुरश्च etc. et विकसित pro उल्लसित legisse videtur, si glossema non est; refragatur enim metrum: पल्लवविकसितस्मित —́ *v v*, *v v v*, — *v v*. कलितदर ut primum legit C. recepissem,

si praeter eum alius corroborasset lectionem. Omittit in glossis C. मधुर et coniicere posses, huius vocis loco रक्त vel अरुण sive potius aliud eiusdem significatus adiectivum eum ante oculos habuisse. Videtur etiam A. simile quid legisse, sed non omisso मधुर. At C. tamen रक्तपुष्पवत् interpretatur, A. contra पुष्पवद् अरुण; unde apparet, in nomine quod praecedit floris utrumque invenisse rubri coloris indicationem. Ipsum nomen floris coniectandi pruritum quodammodo fovet, quamvis defendi potest haec dipodia: — *v* — *v v v* octonum momentorum. Aliam florem substituere non licet; nam vel A. et C. docent, Bandhujîvam veram esse scripturam; difficultatem autem in eo cerni, quod comparatio petita sit a dulcedine, quum alias floris istius color laudetur. Sic sane fit X. 14. ex quo loco coniectare posses: बन्धुजीवमधुकाधरपल्लवकलितदरस्मितशोभं। Qua lectione recepta, explicueris, quo iure, अरुण et मधुर in glossis reperiantur et unde मधुर in textum irrepserit.

Dist. 5. वलयित = आलिङ्गित C. = वेष्टित A. D.

— 6. *b.* परिसरा निकटप्रदेशाः C. = पर्यन्तभूः A. — निर्द° = तेषां मर्दने दयारहित. C. हृदयकपाट, valvae cordis, ambigue dictum est.

Dist. 8. *a.* विशद = विमल. — *b.* तरङ्गद् उद्दकदनङ्गो यथा तादृशा दृष्ट्या मनसा च। D. Melius A: तरङ्ग इव आचरन्ननङ्गो यत्र तया दृशा मनसा च। - कलिक° anagogice dictum est.

Dist. 9. *a.* मोहनं कृष्णस्य रूपं ambigue iterum est; nam et de venusta forma accipi potest et de tali, quae in errores inducere possit homines, et obversatus est hucusque ante oculos spectatorum Krishnas, mundano gyro implicatus, errans, sui oblitus. — *b.* Subaudi ad अनुरूपं cum scholl. भवतु.

Dist. 10. Construe मनः कृष्णे कामं करोति - गणयति - नेहते etc. Argumentum dist. explicet A: ननु श्रीकृष्णस्त्वां विहाय अन्याभिश्चाद्विहरति तर्हि त्वं किमिति तं स्मरसीति सख्याभिप्रायं वक्ष्यमाणं सर्वो प्रत्याह। *a.* ग्राम, vicus, de rebus dicitur, quae instar rei publicae invicem coniunctae sunt et una ab altera pendent: *systema.* Sic भूतग्राम, animantium orbis, Nal. IV, 10. मन्त्रग्राम, carminum complexus, Râm. I. 29, 23. स्वरग्राम, tonorum systema etc. भ्रामं विस्मरणं। D. क्रोधं A. — *d.* वामं ad मनः pertinet. In V. S. locum mendose inter se mutavere वामं et रामं; posterius Bengalicae scripturae originem debet.

Dist. 11. अस्मिन् गीते पूर्वार्द्धे राधाविशेषणं उत्तरार्द्धे कृष्णस्य इति बोद्धव्यं। D. — *b.* Praetuli भरेण, de quo cf. ad I. 39. quia रभस et रस cum रति coniuncta tautologiam praebent.

Dist. 12. *a.* चाटुर्नारीप्रियोक्तिः स्यात्। इति हारावली। A. अनु° = अनुनयन्त। A.

Dist. 14. *b.* अतिलोलं = अतिचञ्चलं सतृष्णं D. A.

— 15. *a.* ज्ञातोऽभिभूतः कामशास्त्रस्य विचारो येन तं । A.

— 16. *a.* सुरतविनोदं per सुरतसमूहं explicat schol. D. in seq. versus fine tamen nil mutat.

Dist. 17. *b.* निःसह per अबलत्व explicat A. at substantivum vix esse potest et melius enarrat D. per असमर्थ.

Dist. 19. *a.* विलासवंश ut supr. 2. मोहनवंश — अनृजु° = अनृजुभ्रूवल्लिमतीनां गोपीनां वृन्दे समूहे उत्सारि ऊर्द्ध्वतिर्य्यग्गामि दृगन्तवीक्षितं कटाक्षेण क्षणं (l. -पेक्षणं) यस्य तं । D. Contra A. = कुटिलभ्रूलतायुक्तानां वल्लवीनां वृन्दस्योत्सारिणा निजभावोद्बोधकेन अपाङ्गेन वीक्षितं । D. itaque वीक्षितं pro substantivo accipit: eum, cuius intuitus evagatur per catervam puellarum; A. contra pro participio passivi. Krishnam contemplatum intuitu puellarum, amorem manifestante. Utraque voci vis vindicatur a Wilsone s. v. Pendet autem ea quae praeferenda sit interpretatio a sensu qui tribuatur adiect. उत्सारिन्. Si recte explicuit D., दृगन्त Krishnae est et tatpurusha cum वीक्षितं; sin autem A., दृगन्त puellarum est et per instrum. enarrandum. Consentit cum A. quod उत्सारण, -क caussative et active ponuntur; vid. ad. Hitop. II. dist. 157. intuitus igitur est, qui exire quasi facit vel manifestat amorem. Sed neque certum est eundem sensum esse nomini उत्सार atque adiect. उत्सारिन्, neque exempla in schedis invenio, quibus alterutram vocis significationem evincere possem. In medio ideo relinquam, A. tamen potissimum secuturus. C. qui in textu उत्साह ponit, in glossis etiam उत्सारि interpretatur et quidem ut A. Si उत्साह legitur, वीक्षितं partic. non potest non esse. — *c.* विल° = विलक्षितस्मितं सलज्जहास्यं तदेव सुधा अमृतं तेन मुग्धाननं मनोहरमुखं । D. Pendet मामुद्धी° a स्मित.

Dist. 20. अपि hem. *b.* pro copula est. hem. *a.* स्तोकस्तवक (= अल्पो गुच्छो यस्य सः) et नवक duo sunt epitheta Açôkae; quod praecedit दुरालोक, cuius aspectus dolorem movet, praedicatum est subiecti विकाशः । explicatio Açokarum visui dolorem inferens me urit. At praestat profecto, ut tautologia in दुरालोक et व्यथयति evitetur, vel contra libros et scholl. दुरालोकः legere et अस्ति supplere. अपि tum erit partic. intensiva *vel*, ut hem. *c.* Nota est Indorum superstitio in Açoka. — *c.* Forma भृङ्गी omissa in lexicc.

Dist. 21. Invocatur Krishnas amoris vulgivagi pertaesus et Râdhae, veri amoris, tandem memor. Hinc repete नव, novo homine quasi indutus. श्रीराधोत्कर्षनिश्चयेन नव इव जातः केशवः । A. निरीक्ष्य non proprie est contemnere, sed rei accuratius perpensae iustum valorem indagare, prorsus perspicere; quo facto eam saepius contempseris. निभृतं = रहस्यं A. अभावं D. prius signi-

ficatio, posterius sensus vocis est. Apposita sunt huius vocis quae hemm. *a. b.* leguntur vocabula. — *b.* भुजा च आलाश्च अर्द्धहस्तस्तनाश्चेति द्वन्द्वः । D. भुजा forma est legitima; capilli autem positi sunt hem. *a.* भुजामूल recepissem, si scivissem, eo vocabulo dici posse *humerum;* coniectura est, quam in versione secutus sum. अर्द्धहस्त, licet scholiastis probatum, vix sana est scriptura.* E B. suspicor legendum esse ऊर्द्धहस्त et hac voce indicari partem brachii a manu inde sursum: *ulnam.* — *c.* Lectiones A. et B. falsae sunt, quia desiderium Krishnae non omnino abierat, sed in *alium* amorem sese converterat. Atque आकाङ्क्षा nobilius est desiderii genus, quod vel *tranquillo* homini fovere licet. दयितां कांचित् scil. चिन्तयन् reieci, quia intelligenda est sub दयितां Radha, de qua कांचित् minime valet. Construe cum scholl. चिरमन्तश्चिन्तयन्.

III. Dist. 1. *b.* Mystice explicat A. cum C. et recte quidem: पूर्वकानुभूतस्मृत्युपस्थापितविषयस्पृहा वासना । सम्यक् सारभूतायाः प्राग्निनश्चितताया वासनाया बन्धनाय स्पृहा (?) निखननन्यायेन दृढीकरणाय शृङ्खलां निविडरूपां परमाश्रयां इत्यर्थः । A. वासना vox est philosophorum.

Dist. 3. *b.* Duo instrumentales invicem non coniungendi sunt, मया pendet a वारिता et subiectum est, ut ita dicam, enunciationis passivae; ताप° instr. est rationis, हेतुना, cur non fecerit Krishnas. — *c.* हरि हरि इति खेदाकार । D. शिव शिव खेदार्थे द्वौ शब्दौ । C.

Dist. 7. *a.* आकलयानि = ज्ञानानि । C.

— 8. *a.* गतागत = गमनागमनं ।

— 10. इदं गीतं वर्णितं । कीदृशेन हरः प्रवणेन अधीनेन । पुनःकीदृशेन किन्दुविल्वं ज्ञयदेवकुलं । तदेव समुद्रस्तस्मात् संभवो यस्य एतादृशो रोहिणीरमणश्चन्द्र इव । यथा सागरादुत्पन्नश्चन्द्रस्तथा किन्दुविल्वोत्पन्नो ज्ञयदेव इति । D. — तिन्दुविल्वं नाम नगरं । तदेव समुद्रः । तत्र संभव उत्पत्तिर्यस्य स तथा चासौ रोहिणीरमणश्चेति । अनेन तस्य चन्द्रोपमा । C. — कीदृशेन । प्रवणेन नम्रेण । पुनः । केन्दुविल्लनामा ज्ञयदेवस्य ग्रामः । केन्दुविल्लमिति कुलं च । तयोर्महत्त्वात् समुद्रत्वेन निरूपणं तदुद्भवचन्द्रेण । यथा समुद्रोद्भवश्चन्द्र[:] वृद्धिकरस् तथायमपि तद्वृद्धिकर इत्यर्थः । A. किन्दुविल्ल E. in ceteris fere ut A. Hinc patefit, certi quid ne scholiastas quidem accepisse, sed solis nostri loci verbis fretos enarrasse. Vide quae in proll. disserui.

Dist. 11. Notum est, quomodo a Çiva vid. Râm. I, cap. XXV. saevitum fuerit in Kâmam, qui ultionem exigere fingitur a poeta. — Insignia sunt Çivae, quae post negationes ponuntur. — *a.* विषलता = हारः मृणाललताहारः । scholl. — *c.* Construe न प्रहर मयि । — *d.* किमु = किमिति A. — धा° = मारयितुं धावनं करोषि । D.

Dist. 12. *c.* Scripturam geminam memorat schol. D: कानेन प्रेङ्खतां चलतां

कटाक्षानलानां कटाक्षवह्नीनां श्रेण्या पंक्त्या जर्जरितं खण्डीभूतं मम मनो मनागपि स्वल्पमपि न संधु° अंकुरितं भवति। क्वचित् कटाक्षाशुगेति पाठः। तदा- आशुगा बाणाः। C. = न संधु° = स्वास्थ्यं न भजते। A. = न दीप्यते सुखं न भवति। धुक्ष् pro qua radice Rosenius meus धुक्ष् et धिक्ष्, Wilkinsius: धिक्ष् et धुक्ष्, praebet, ad 1mam classem refertur; hinc correxi क्ष pro क्ष्य, licet quarta verbo neutri est accommodatior; vid. Ind. Bibl. III. p. 41. Veram lectionem exhiberi sagittis, antecc. docent. Ex variis quae laudantur verbi significationibus colligo, propriam vim esse: accendere flammam, deinde recreare et ex altera parte flammis consumere.

Dist. 13. *c.* Prorsus similis locus est Mâl. M. I. p. 17. l. 2. infr. ed. Bonn.

Dist. 14. अधुना मनो विपर्ययीकृतां राधां प्रति स्वीयं दुःखमाह। हे तन्वि कृशाङ्गि निहितोऽर्पितः कटाक्षविशिखः कटाक्षबाणो मर्मव्यथां मर्मपीडां तावन्निर्मातु। विशिखस्य मर्मव्यथाजनकत्वं युज्यत एवेति भावः। कुटिलो वक्राकारः (om. श्यामात्मा) कबरीभारोऽपि केशसमूहोऽपि मारोद्यमं तावत् करोतु। मलिनस्य कुटिलस्य च मारोद्यमो युज्यत एव। अयं च बिम्बोष्ठो मोहं तनुतां विस्तारयतां। रागवान् लोहितवर्णः रागिणो विषयिणो मोहो ममत्वं युज्यत एव। सद्वृत्तः साधुवर्तुलः। सद्वृत्तस्तु प्राणघातको न भवतीति। D.

Dist. 15. Quod ponunt A. C. वर्धते falsum est, quia id non miratur Krishnas, augeri animi aegritudinem ob separationem, sed eam omnino locum habere. Ut hoc distichon intelligas, memoria tenenda sunt haec: Homo, qui contemplationi (समाधि) totum sese tradidit (Bh. G. II, 53. 65.) et circa res externas obversatur sensibus ipsius voluntati parentibus, is serenitatem adipiscitur et relictione molestiarum a mundo sensili oriundarum gaudet. Nil eius interest, utrum aliquid factum sit, an infectum, (ibid. III. 18.) neque rebus implicatur, licet eis intersit agendo. Miratur igitur Krishnas, quod ipse doleat separationem a rebus sensilibus, licet contemplationi Râdhae totam tradiderit mentem. Radha enim, divini amoris species, non aliam in contemplatorem vim exercere debet, quam summi numinis contemplatio, quae vis iam eo manifestatur, quod contemplatione in eam defixus sit animus, quamvis in Radha insitae sint res, quae quemlibet sensum pellicere possint et ipsa mens in res sensibus obiectas libenter delabatur. (विषयासङ्गेऽपि). Sensuum quinum unicuique sua est provincia, in qua versatur, et quinae, in quibus Radha excelluit, res sensiles ponuntur hem. *a. b.*

Dist. 16. *a.* Tria sunt Madhusûdanae epitheta in unum compositum contracta: तिर्यक्कण्ठ- विलोलमौलि- तरलो°। — *b.* Latet quasi vulgum mulierum oculus Krishnae. कृतावधान praedicatum sequentis ललना, et idem fere atque अवहित, quae attentae sunt ad modulos cantici. वंशो° = वंशोच्चरन्तु

12

गीत° स्वरग्रामनृङ्गनादिषु कृ° समर्पितचित्तवृत्तिभिः etc. A. — *c.* Construe मुखेन्दौ कन्दलिताः। — संमुग्धं = अव्यक्तं। मृदुस्पन्दं = किंचिच्चलं। D.

IV. Dist. 2. *a.* अनु cum praec. accus. construit D. At patet, अनुविन्दति esse eodem fere sensu dictum quo mox कलयति, quod per मनुते enarrat. — *b.* Explica e I. dist. 47. *a. b.* — *d.* मां न पीडयिष्यति इति भावनया। D. Octo amantium puellarum condiciones (अवस्था) ponuntur, quas iuxta Bharatae sutra describunt scholl. वासकसज्जा सोत्कण्ठा स्वाधीनभर्तृका तथा। कलहान्तरिता वापि विप्रलब्धाभिसारिका॥ खण्डिता प्रोषिता चैव नायिकाश्चाष्ट संमताः। तत्र समुत्कण्ठालक्षणं भरतोक्तं। यस्याः समुचितेऽप्यह्नि प्रवासी नैति वल्लभः। सा स्मरानलसंतप्ता विरहोत्कण्ठिता मता। इति। D.

Dist. 3. *a.* भव° = स्वहृदयस्थितस्य भवतो रक्षणाय। D.

— 4. *a.* कुसुमविशिख = Kâmas est. कामस्य शराः पुष्पाणि तान्येव तल्पं शय्या तादृशं। D.

Dist. 5. *a.* i. e. ferens aquam oculi effusam, epitheton est vultus Loto flori aequiparati. वलित = अविरतं गलित A. चलित = उच्छ्वसित praebet schol. D. — *b.* = विधुंतुदस्य दन्तेन दलनाद् गलिता अमृतधारा यस्मात्। D.

Dist. 6. *b.* Makara vehiculum est Amoris; Magniferae floribus utitur Amor pro sagitta. Veneratur igitur Radha Mangiferae flores ac si essent sagittae Amoris; sed quid veneratur loco Makarae, quod monstrum aquaticum est et in Radha praesentia profecto non fuit? — Silent scholl. Aut Makara h. l. pro inauribus, quae eiusmodi formae gestabantur, accipiendum est; vid. locum *Vihârilâlae* Hindicum apud Colebr. As. Res. X. p. 413. aut aliud quid sub ea voce latet.

Dist. 7. *a.* प्रतिपदं = पदे पदे. Hitop. prooem. 12. — *b.* सुधानिधि luna est.

— 9. Construe: यदि मनसा नटनीयं तदा जयदेवभणितमिदं अधिकं यथा स्यात् तथा पठनीयं। A. D. Mens saltare quum nequeat, मनसा explicandum est lubenter: nach Herzenslust.

Dist. 10. *b.* Verbum denominativum hoc formatum est ex composito, quod finitur voce कलाप. — *c.* Tigres in dorcades saeviunt. Hinc enoda imaginem.

Dist. 13. *a.* = उपमारहितः परिणाहो विशालता यस्य तं। D.

— 14. *a.* जलकण, gutta aquae, जलकणजाल, quasi reticulum guttarum. Hinc adiect. जल°.

Dist. 15. *b.* गणयति = मनुते। Praestat विकल्प, quia re vera non ignea fuit forma vel eius similitudo, hoc कल्प esset; sed quod ne simile quidem igni erat, Radhae instar igneae formae videbatur; विकल्प itaque est.

Dist. 16. *b.* Genae, quae immotae sunt tanquam vespere luna iuvenescens, ut quae minus tremula radiatione et magis pallida luce splendeat. Imago enim est et pallidae et immotae faciei. Addit schol. A. novae lunae aequiparari genas dimidiatas quasi manu, eas sustentante.

Dist. 17. *b.* निकामं = अतिशयेन scholl. Observat D. morientis esse Harim invocare.

Dist. 18. केशवपद cum scholl. explico: qui fretus est Kesava, qui eo tanquam firmissimo fundamento utitur. उपनीत = उद्दिष्ट, initiatus. D.

Dist. 19. *c.* यदि त्वं प्रसीदसि वरतनू राधा एतावति अतनुज्वरे सति तव रसात् किं न जीवेत्। D. अपि तु जीवेत् । addit A. — *d.* ह° = हस्तालम्बः । D.

Dist. 20. *a.* Medici deorum iuvenes sunt *Açvines*; eorum instar amabilis. Compositum est comparativum. — *c.* Subaudi यदि, de qua re alio loco dicam. — *d.* D. separat उपेन्द्र, Voc. et वज्रात्, falso; quod vel eo probatur quod nomen metri *Upendravajra* h. l. respicitur.

Dist. 21. *a.* संज्वर = पीडा। D. Subiectum est चेतः। — *c.* क्षान्तिवशेन वक्रतया। त्वत्कान्तिवशेन इति पाठः। तदास्मिन् क्षणे नायातः क्षणान्तरे आगमिष्यतीति। D. क्षान्ति etiam A. quod praebet C. nihili est. कथमपि de eo dicitur, quod tam male fit, ut quaeri possit, utrum re vera fiat, necne. कथमिति प्रश्ने। hallucinatur D. त्वद्ध्याने ताम्यति त्वद्ध्याने जीवति। इति आश्चर्यान्तरं। A.

Dist. 23. *a.* वशात्, eo consilio, ut salvaret. रसात् schol. A. quod explicat per वीरः; dicere voluit वीररसः। — *b.* चिरं, per septem dies, auctore D. — *c.* तद् refer ad वल्लभाभिः। अर्पित = स्थापित। — दर्पणाहंकारेणैव। अर्थाद् इन्द्रस्य विजिगीषया। A. Unde patet, lectionem D. non aptam esse, nec ferri posse, nisi ad चुम्बितः referretur; ad id tamen pertinet iam आनन्दात्. — *d.* भवतः (= तव भक्तस्य) praebet comm. D.

V. Dist. 2. Priora versuum *a. b.* dimidia locativos continent consequentiae, exceptis 5. *a. b.* 6. *b.* — अत्राभिसारिका नायिका वर्णनीया। वदुक्तं रसिकसर्वस्वे। संस्कृतात् प्राकृतमिष्टं ततोऽपभ्रंशभाषणं। ततः प्रियतरा वेश्या सर्वतश्चाभिसारिका। इति तत्रैव लक्षणं। लज्जां हित्वा समाकृष्टा यौवनेन मदेन च। अभिसारयते कान्तं कीर्तिता साभिसारिका। इति। D. quod quomodo ad Radham spectet, haud assequor. — *a.* उपनि° = सहायं कृत्वा। C. D. अथवा उपहारं कृत्वा जनानामुत्पादनाय। C.

Dist. 3. *a.* शिशिर° = शीतांशु, luna. — *b.* अति manifesto positum est pro अतीव; nullum aliud exemplum talis huius particulae usus me invenire memini; tutatur lectionem versus.

Dist. 6. *b.* C. aliam praebet scripturam वलितविभवे; explicat et hic et supra 4. *a.* per वर्धित. Cantilenam non mancam esse, licet ceterae omnes

octonis constent distichis, nulla idonea est ratio suspicandi. Consentit A. qui diserte addit: इति पञ्चपदैः समाप्तिः ।

Dist. 9. *a.* मृदु cum D. accipio pro adiectivo: dulcisonam tibiam, मृदुशब्दयुक्तं वेणुं । A. adverbium sistit. Eodem modo dissentiunt in interpretando नामसं°; adverbium quid hic sibi velit, ignoro. कृतसं° uterque यथा स्यात् तथा dictum esse contendit, eo sensu, ut sit: ego hic moror; tu, o Radha, adventa. Rationem huius interpretamenti non perspicio; ex mea quidem linguae cognitione simplicius est, adiectivum ponere de tibia: a qua fit invitatio; quae te invitat, ut venias.

Dist. 10. *a.* शङ्कि° et *b.* सचकि° recte adverbiorum vice fungi declarant scholl.

Dist. 11. *a.* Hostis est, quia strepitu suo iter puellae amicum petentis prodit. Ideo सुलोल, fallax, dicitur. Quod seiungit A verba et locativum केलिषु ponit, minus placet, quia sensu quo positum est लोल, potius dativus requiritur.

Dist. 12. *b.* Cum fulmine comparatur Radha, cuius epitheton igitur cum scholl. accipe vocat. पीते । - विपरीत quid sit, notissimum nunc est. cf. Benary ad Nalod. II. 60. सुकृतविपाके ab A. refertur ad उरसि, a C. ad रतिविं°, a D. vocativus dicitur: o tu, cui fructus hic est bene factorum in vita priori; sine talibus enim meritis vix Râdha inversa veneris figura cum Krishna frueretur. Equidem puto poetam ambigue posuisse vocabulum, eo consilio, ut ii, qui aegre ferrent, de inversa venere dici सुकृतविपाके, epitheton referre possent aut ad Radham aut ad pectus Krishnae. Talium lusuum amantes ad रति° haud dubie non trahere nolent.

Dist. 13. *a.* घटय, = संगमय D. संयोजय C. — *b.* पङ्क° cum A. ad Krishnam traho et locativum pono; construe: घटय जघनं अपिधानं पङ्कजनयने यथा निधिं । — Vocat. faem. ponit D. sed mutilari tum sententia videtur. शयने a नयने non pendet.

Dist. 14. *a.* Reieci अतिमानी, quia neque superbum sese gerit Krishnas, nec magnopere laudanda est in amore superbia. अभिमानी, bene explicat D. per लघुत्वं न सहते, et amantis est अभिमान. cf. Sankh. Car. 24. cum nota. Obiter moneo, इदानीं et तदानीं esse accuss. sing. faem. adiectivi in न ab इदा et तदा derivandi, sicuti पुराण, a पुरा. *idâ* in Zendavesta satis frequens est; e Vedis laudatur Pan. V. 3. 20. इदावत्सरीयं, *hornus*.

Dist. 15. *b.* प्रभु° adverbialiter est accipiendum.

— 16. *a.* Prorsus ridiculus est D. qui legit: नासापुरे et explicat:

एकाग्रचित्ततया त्वामेव ध्यातुं नासापुरो नासाग्रं मुहुरीक्षते । Obversabatur scholiastae regula ascetica, quae tractatur Bhag. G. VI. 13.

Dist. 18. *a.* Praep. अनु cum dativo et accusativo iungitur postposita, cum dativo, ut h. l. nisi fallor, semper de tempore usurpatur et *post* valet; cum accusativo autem de *loco*, iuxta, Germanice: *entlang*, et translate secundum rationem quandam. — *c.* अन्योन्यं falsa est scriptura, quia coniuncti iam sunt. अन्यार्थं forsitan locutio est hisce rebus propria, quam exemplis illustrare nequeo. Non multum lucramur ea quam D. profert interpretatione: अन्यार्थं परस्त्रीपुरुषार्थं गतयोः संकेतस्थानं प्राप्तयोः । — *d.* दम् cum δάμαρ comparandum esse videtur. aut cohaeret cum दम, *domus.* Rig. Ved. p. 16. Ros.

Dist. 19. *a.* Reieci दृष्टं, quia singulari oritur ingrata sermonis ambiguitas.

Dist. 20. *b.* त्रैलोक्यमौलिस्थली मुकुटस्थानं तस्य नेपथ्योचितं अलंकारयोग्यं नीलरत्नमिव इन्द्रनीलमिव स्थितं । D. — अव° = भूभारावतारणे क्षमः समर्थः । D. Unde patet, eum ante oculos habuisse: -तारक्षमः । Praetuli quam in textu D. et ceteris libris inveni scripturam: -तारान्तकः । utpote exquisitiorem. — *c.* सुन्दरीजनानां गोपिकानां मनस्तोषे चित्तप्रीतौ प्रदोषो रात्रिमुखमिव । D.

VI. Dist. 2. अस्मिन् वासकसज्जिका वर्ण्यते । वासवेश्मनि सुकल्पिततल्पे । या समागमविधिं विदधाना । पश्यति प्रियसमागमसज्जा । तामिहाकलय वासकसज्जां । definitionem puellae amantem domi exspectantis ex A. descripsi; verbis variatam et metro epico conceptam prorsus similem exhibet D. Poetam ipsum hasce technicorum definitiones ante oculos habuisse, demonstrat dist. 8. — *b.* तद् pro तस्याः est, et Radham spectat: dulce mel labiorum suorum haurientem. स्व h. l. poni non poterat, quia id ad भवन्तं trahi potuisset. त्वद् explicari potest, sed magis est artificiosum. Dissolve: त्वदधरवद् मधुराणि मधूनि पिबन्तं, haurientem mel (labiorum suorum) dulcedine referens mel tuorum.

Dist. 4. *a.* Fluctuant h. l. et semper fere libri in voce विश inter श et ष, neque certi quid de vera orthographia statuere ausim. Explicant scholl. कृता मृणालानां पल्लवानां च वलया यया सा । — *b.* परं = केवलं । scholl.

Dist. 6. *b.* अनुवारं = वारं प्रति । C. पुनरिति वदति । इति । D.

— 9. *b.* तन् h. l. positum est, ut VII. 20. जनयतु, sensu करोतु.

— 10. *a. b.* Tria adverbia sistit D. स्फो° — अन्तर्ज° — काकु et recte quidem; refer ea ad व्याहरन्ती. A. coniungit duo posteriora in unum: अभ्यन्तरे जनितो योऽसौ जडिमा तेन जाता या काकुस्तया व्याकुलं । इत्यपि क्रियाविशेषणं । Reconditiorem sensum hoc disticho et sequenti contineri vix dubitabis.

Dist. 11. Non melius explicare possum hoc distichon, quam verbis schol. D. = एषा वरतनुः सुन्दराङ्गी। एषेति बुद्ध्या प्रत्यक्षीकृत्य वदति। राधा अङ्गेष्वाभरणं करोति। एतेनाकल्प उक्तः। पत्रेऽपि पर्णेऽपि संचारिणि चलिते सति त्वां प्राप्तं परिशङ्कते तर्कयति। एतेन विकल्प उक्तः। त्वामागतं ज्ञात्वा शय्यां तनुते कुरुते। एतेन तल्परचनोक्ता। चिरं ध्यायति। कृष्णसमागमे मया इदं कर्तव्यमिति। अनेन संकल्पलीलाशतमुक्तं। इति पूर्वोक्तप्रकारेण आकल्पो भूषणं विकल्पः तल्परचना शय्यारचना संकल्पलीलाशतं एतद्बहुचिन्तनविलासशतं एतेषु व्याकुलापि प्रसक्तापि च त्वया विना निद्रां न नयति न गमयति।

Dist. 12. Respicit hoc distichon narrationem, quam referre neglexerunt scholiastae et ego quidem tantum ex hoc ipso disticho cognitam habeo. Videtur autem haec esse. Inventum fuisse a Radha in sylva viatorem et admonitum, ne ibi consisteret, sed ut vicinam et hospitalem Nandae domum peteret. Haec Radhae verba communicata fuisse dixeris ab isto viatore cum Krishna (cf. hem. *c.*) qui ea apud Nandam praevalere fecerit. Sed si memineris, inter fabulas de iuvene Krishna etiam hanc esse, vid. Wils. s. v. भाण्डीर, coenare solitum fuisse Krishnam sub fico arbore, vix dubitabis, quin viator iste ipse fuerit Krishnas, qui viatoris dissimulatione Radham fefellerit et posthac coram Nanda simulaverit, secum communicatum fuisse a viatore Radhae sermonem, quo permotus Nandae hospitium ipse imploraret. Nam, si भ्रातर् hem. *b.* Krishnas est ipse, vix aliter explicare poteris, eum hem. *c.* a viatore tenuisse ista verba (पथिकमुखाद् गोपन्). Lusus haud dubie fuit, quales permulti de Krishna circumferuntur. Caussam si quaeris, cur hoc potissimum loco introducta sit huius fabulae mentio, ea in aperto est. Antecedente capite Krishnam curaverat Radha rogandum, ut se inviseret, revocat itaque amatum a vulgivago amore, sicuti quondam a sylvaticae vitae erroribus eum revocaverat. Miraberis sane, ne hilum quidem de mystica huius distichi interpretatione, quae in superficie quasi posita est, dictum fuisse a scholiastis. At A. tamen haec tantum verba interpretamento suo praemittit: ततः कविरेव एतद्वर्णनव्याकुलस्तस्याभिसारात् पूर्वचरितं कथयन्नाह। Ad singula verba quod attinet, *b.* भ्रातर् per पथिक explicant A. D. et किं ad न subaudiunt ex antecc. Construe: इतो दृष्टि°. सानन्द epitheton est sequentis नन्दास्पद. — *c.* गोपतः = गोपयतः A. — *d.* सायमतिथेः cum गोविन्दस्य non coniungit A. sed genitivum hunc a प्राशस्त्यगर्भा pendere facit. Supra ponit: गोविन्दस्य गिरो जयन्ति श्रीराधिकाया मनोरथं पूरयिष्यन्तीत्यर्थः। explicatis deinde ceteris, denique pergit: कीदृशा गिरः। सायंकाले अतिथिस्तस्यैव प्राशस्त्यं (-स्त्यं) प्रशंसादिरूपं तदेव गर्भोऽपि (l. ऽभि) प्रायो यासां ताः। अत एव धृष्टः प्रगल्भो वैकुण्ठो यत्र स इति सर्गः। Sub lite tamen

esse haec verba, docet D. qui enarratis hem. *a. b.* pergit: ततः केचिन्नन्दग्रामस्था अध्वगमुखाद् राधायास्तद्वचनं श्रुत्वा नन्दन्ति हर्षं प्राप्नुवन्ति। मुहुः पुनर् गोविन्दस्य कृष्णस्य गिरः वाणयः जयन्ति सर्वोत्कर्षेण वर्तन्ते। उत्कर्षे हेतुगर्भं विशेषणमाह। कीदृश्यो गिरः। सायंकालीनस्यातिथेः सुस्निग्धगर्भाः सुस्निग्धत्वमतिथ्यादरो गर्भ आशयो यासां ताः। अथवा। त एव ग्रामस्था गोविन्दस्य गिरः श्रुत्वा जयन्ति आनन्दपूर्णगर्भा भवन्ति (भव° ?)। विशेषणं तथैव। Videtur itaque D. hem. *c.* aliam ante oculos habuisse pro गोपतो lectionem quam coniectura refingere nequeo. Consentit cum A in seiungendo अतिथेः a गोविन्दस्य; quod minime recuso, si grammaticam constructionem intelligunt. सायमतिथेः aut in universum accipi potest, ut sensus sit, verbis isti Radhae a Krishna repetitis, pollent sermones, quibus argumentum est viatoribus sero divertentibus benignum; aut referendum est ad Krishnam, qui sero tandem domum revertebatur ab erroribus suis per sylvam. गोविन्दस्य गोपतः genitivum pono consequentiae et जयन्ति intelligo de sermonibus, qui a Nanda aut coram Nanda prolati sunt; अतिथेः a scholl. recte explicatum puto. Sensus igitur erit: repetitis istis Radhae verbis a Krishna, praevalent apud Nandam sermones, quibus iniungatur, vel serum hospitem benigne esse salutandum. Atque haec quidem unice vera interpretatio esse videtur. Si Krishnas sub arbore Bhandira recumbere solitus esset, is est qui a Radha admonitus sit. Describitur igitur hemm. *a. b.* Krishnas sylvis pervagus, hospitali Nandae domo derelicta, revertendi cupidus, dubius tamen quomodo a Nanda reciperetur. Experimentum itaque fecisse credendus est Radhae, quae quum viatori obtulisset Nandae hospitium, reversus sit domum, sero quidem, sed reversus tamen, viatoris specie indutus, ubi quum verba Radhae coram Nanda invocasset, comiter sit salutatus et receptus.

Elementa anagogici sensus satis clare prostant: Krishnas erroribus obstrictus, Radha benigna et devota, Nandae domus hospitalis ne sero quidem ab errore reducem hospitem excludens. Sed de his posthac dicam.

VII. Dist. 1. *a.* = कुलटानां अभिसारिकाणां आकुलस्य समूहस्य वर्त्मपातेन मार्गप्रतिरोधेन संजातपातक इव उत्पन्नपाप इव। पातकिनः कलङ्को व्यक्तो भवति। D impedire iter puellarum amantes invisurarum crimen est lunae, ob quod, ut videtur, poeta maculas ei aspersas esse perhibet. — *d.* चन्दनविन्दुः = श्रीखण्डतिलकः। D.

Dist. 2. अत्र विप्रलब्धा नायिका वर्ण्यते। तल्लक्षणं भरते। प्रियस्मरदनुरागाद् दूतिकां प्रेष्य पूर्वं। सहचरमपिधाय क्वापि संकेतभूमौ। न मिलति खलु यस्या वल्लभो दैवयोगात्। प्रवदति भरतस्तां नायिकां विप्रलब्धां। D.

Dist. 5. *a.* अतिवितयं अतिव्यर्थं केतनं शरीरं यस्याः। D. et eisdem fere verbis A.

In eo errat C. quod केतन per संकेतस्थान explicat. इति, quamvis enarratoribus non probatum, bene quadrat, ut qua particula indicetur, quod foveat Radha animo doloris levamen.

Dist. 7. *a.* कलयामि = मन्ये D. cf. III. 7. — प्रियदर्शनेन स्त्रीणां अलंकारसाफल्यं। इति भावः। D.

Dist. 9. Diiudicata iam varia scriptura, quod restat est interpretatio lectionis receptae. Arundines observare solita erat Radha, utpote sciens, tremulo earum strepitu Krishnae adventum indicari. Nunc autem eo perventum est desperationis, ut ne eas quidem curet. गणयति eodem sensu quo कलयति notum est. अनुग° minus quadrat, quia ea voce dicitur, facere aliquid Radham; quod omnino desperantis non est.

Dist. 10. *b.* कलावती = कवित्वकलायुता। D.

— 11. *b.* किमुत् = अथवा। D. Particula est disiunctiva et eodem sensu ponitur atque किमु. Vid. ad Hitop. prooem. dist. 10. et quae addidit Windischmannus meus, Sanc. p. 75. उत् formam habet neutrius thematis pronominalis, quod in particulam transire solet, ut इत् in चेत् et नेत्. Hinc repete Latinorum *ut.* Omisit Wilso, praebet Wilkins p. 548.

Dist. 12. *a.* अन्तरेण = विना। D.

— 15. *a.* C. scripturam suam explicet: विकचं विकसितं च तत् जलजं पद्मं च तद्वत् ललितं आननमेव चन्द्रो यस्याः सा। विकचदलकललित इति पाठे। etc. quae est aliorr. scriptura, विकचद् tamen pro विचलद् posito. — *b.* तन्द्रा = सुखानुभवनिद्रा। D.

Dist. 16. *b.* मुखरिता रसना यस्मिन् जघने तद्वत्या चाञ्चल्येन लोला चञ्चला। D.

— 17. दयितविलोकनेन कृष्णमुखवीक्षणेन लज्जितं संजातलज्जं सलज्जमित्यर्थः हसितं यस्याः सा। पुन. कीदृशी। बहुविधपिकाग्नि(ख)णिडकलहंसादीनामिव नानाप्रकारं कूजितं यत्र एतादृशो यो रतिरसः क्रीडारागन्तेन रसिता हृष्टा। D.

Dist. 18. विपुला बहुला पुलका रोमाञ्चा यस्याः। पृथुर्महान् वेपथुः कम्पो भङ्गन् तरङ्ग इव यस्याः सा। पश्चात् कर्मधारयः। D. Contra A: विपुलाः पुलकाः पृथुर् वेपथुश्च। तेषां भङ्गास्तरङ्गा यस्याः सा।

Dist. 21. *b.* तिरयन् = आच्छादयन् D. = नाशयन् A. Cum D. consentiunt scholl. Mâl. M. I. 28.

Dist. 22. पूर्वगीतेन कस्याश्चिद्विपरीतमुक्तं। अधुना कस्याश्चित् स्वाधीनभर्तृकाया नायककर्तृक्रीडामाह। मनुदितेति। स्वाधीनभर्तृकालक्षणं। यस्या रतिगुणाकृष्टः पतिः पार्श्वं न मुञ्चति। विचित्रा (त्र?) विभ्रासक्ता (भ्रमा?) स्वाधीनभर्तृका यथा। इति। D. — *a.* रमणी i. e. puellae amatae. — वलित = संकोचित। D.

Dist. 23. *a.* तरलित nec concussus, चञ्चलीकृत, est, uti vult D. nec मुखरीकृत, resonans, uti asserit A. qui praeterea in hoc errat, quod तरुणास्य = श्रीकृष्णास्य आननं enarrat, sed eo epitheto definiuntur cincinni, quibus circumfluitur quasi facies puellae, तरुणा. — *b.* i. e. cuius splendor fulmen refert.

सुघना per भा interpretatur D. Kamas cum dorcade comparatur; cirrus cum sylva, in qua agit talis dorcas. Ex opinione scholiastae significatur, tam constanter in cincinnis puellae habitare amorem, quam dorcades in sylva (सततास्रितत्वात्) Non credo, meliora tamen non habeo.

Dist. 24. *b.* मणिशरं per मुक्ताहारं, ornamentum pectoris margaritis confectum, interpretatur D. Hoc dicitur तारकपटलं, i. e. नक्षत्रसमूहः, stellarum congregatio, sidus, constellatio. नखपदं नखक्षतं तदेव शशी द्वितीयचन्द्रस्तेन भूषिते। D.

Dist. 25. *a.* जितानि मृणालखण्डानि येन। A. In विश्र et विष fluctuant semper libri; neque quae vera sit scriptura, diiudicare queo. Posses pro flore विश्र, pro veneno विष scribere.

Dist. 26. *a.* अपघन iuxta scholl. corpus est, iuxta Wilsonem pars corporis, membrum. कनकासन thronus est. — *b.* कृतवा° explicatur aut: quo Kamas domicilium fixit, aut femur, indusio cinctum. Tertiam interpretationem a D. prolatam non intelligo: वासने वा पाठः। वासने वसने वासस्थाने ज्ञाने वधूपने चेति विश्वः।

Dist. 27. *a.* कमलानि° ad हृदि trahit scholiasta et domicilium Laxmis intelligit; atque re vera pro flore nunquam, quod sciam, faem. कमला ponitur. — *b.* यावकभरणां अलक्तकपूरणां। D. हृदि यो° = हृदयं प्रापिते। D.

Dist. 28. *a.* रमयति-सोदरे locativus est consequentiae. Praetuli सुदृशं, ut concinentia sit perfecta. सदृशं quod est in scholl. D. enarratur, *uti par est.*

Dist. 30. *b.* Supple यदि ad रमते. et cf. Epim. de particula यदि.

— 31. Primus uniuscuiusque huius cantilenae distichi versus epitheto expletur Krishnae.

Dist. 39. *d.* i. e. quum antea Madhavam coram me posueris, tum libenter animam auferri patiar.

Dist. 40. *b.* यस्मिन् i. e. कृष्णे, मनो obiectum est, दुनोति repetendum ad subiecta, quae ponuntur tria. — *d.* निकाम per admodum explicant scholl. Nisi fallor, valet *lubenter.*

Dist. 41. *c.* कृतान्तभ° Yamuna est.

— 42. Scholion, quod in D. legitur, mutilatum est; apponam igitur ex A. quod in fin. cap. IX. legitur interpretamentum: अथ श्रीकृष्णस्य राधिकां प्रति वक्ष्यमाणचाटूक्तिस्मरणेन श्रीराधिकामहिमस्फूर्त्या तत्सौभाग्यद्योतनाय श्रीकृष्णस्याश्चर्यमाह। सान्द्रेति। श्रीगोविन्दस्य पदारविन्दमशुभानां भक्तिप्रतिबन्धकानां विनाशाय वन्दामहे। कीदृशं। बलेर्नियमान्निविडानन्दो येषां तेषां इन्द्रादिदेवतानां वृन्दैरधिकादरादानन्दैर् (l. नम्रैर्) मुकुटेन्द्रनीलमणिभिः संदर्शिता इन्दीवरा भ्रमरा यत्र तत्। कुतः। यतः स्वछन्दं यथा स्यात् तथा। मकरन्दवत् सुन्दरं यथा स्यात् तथा। गलन्त्या

आकाशगङ्गायाः स्निग्धं यस्यैकाशस्ये(?)दृङ् महिमा तेन कृष्णेन यच्चरणशिरोधारणं प्रार्थ्यते तत्सौभाग्यं केन वर्णनीयं॥ इत्यर्थः।

VIII. 1. *b.* Sagittae Amoris haec nomina gerunt; versum e D. repetendum curavi: संमोहनः क्षोभणश्च दहनः शोषणस्तथा। उच्चाटनश्च कामस्य बाणाः प्रकीर्तिताः। इति॥ *Humiliatae* puellae definitionem idem scholiasta praebeat: उल्लंघ्य समयं यस्याः प्रियोऽन्ययोपभोगवान्। भोगलक्ष्माङ्कितः प्रातरागच्छेत् सा हि खण्डिता।

Dist. 2. *a. b.* Subiectum est oculus. स्फुटं adverbium est. — उदित° epitheton est praecedentis अनुराग. Explicat D. in quo exsurrexit (quo patefit) intentio amoris in aliam puellam.

Dist. 3. Construe दशनव° तनोति रूपं तनोर् अनुरूपं, labia tua exhibent speciem, corporis speciei similem, i. e. nigra sunt labia tanquam corpus tuum; nimirum collyrio, quod osculatio puellae eis impressit. Scholl. अनुरूपं nomen faciunt et obiectum, per सादृश्यं explicantes; नीलिमरूपं, coniungunt et enarrant - श्यामतारूपं, quibus labiis impressa est species nigritiae etc. In quem errorem ab eis memet induci passus sum. Seiungendum est रूपं a नीलिम (neutr. a नीलिमन् nigrities, voce a Wilsone omissa), quo terminatur epitheton labiorum. तनोति positum est ut supra VI. 9.

Dist. 4. *a.* Constructio est: वपुरनुहरति (= अनुकरोति) - - जयलेखं। — *b.* मरकतमणिखण्डेऽर्पितायाः काञ्चनद्रवलिखिताक्षरपंक्तेरिव। वपुषः कृष्णत्वाद् नखक्षतस्य रक्तत्वाद् मरकतरूपं। A. कलित = निर्मित D. कलधौतलिपिः = सुवर्णाक्षरविन्यासः। D.

Dist. 7. *a.* Laudatur a D. versus hic grammatici cuiusdam ad नूनं particulam explicandam: मन्ये शङ्के ध्रुवं प्रायो नूनमित्येवमादिभिः। उत्प्रेक्षा व्यज्यते शब्दैर् इवशब्दोऽपि तादृशः। इति।

Dist. 8. *b.* Putanikâ monstrum est mulieris a Krishna infante occisum.

Dist. 10. *b.* Utramque scripturam laudant A. C. D. neutram praeoptantes.

Dist. 11. *a. b.* i. e. Dum ridebant amicae, conspicientes etc. विलोक्य enim ad सखीम° trahendum est. Subaudienda est copula inter obiecta अच्युतं (i. e. Krishnam) et उरो राधायाः।

IX. 1. Ira obrutam puellam definit Bharatas, teste D. प्राणेश्वरं प्रणयकोपभरेण भीतं। या चाटुकारमचिराद्वधीर्य पश्चात्। संतप्यते मदनवह्निशिखासहस्रैर्। बाष्पाकुला तु कलहान्तरितेति सा स्यात्॥

Dist. 5. *b.* विरह° cum genitivo iunctura est rarior et, ut ex scholl. apparet, neque omnibus grammaticis probata.

Dist. 6. *a.* शीलित, curatus, factus, कृत, scholl.

Dist. 10. *c.* i. e. ideo par est, ut sit tibi luna instar solis etc.

— 11. *a. b.* i. e. cantus tibiae, qui tanquam magna est incantatio ad efficiendam internam infatuationem etc. Nomina in अन dvandvae more coniuncta locativo reguntur a महामंत्रः। एतेषु महामंत्रो यो वंशीरवः सः। — *c.* अंशः aliud appositum est subiecti रवः।

X. Dist. 2. *b.* De Chakôra vid. I. 23.

Dist. 3. *b.* Supple जनय वा तद् येन भवति etc.

— 5. *b.* यदि per यदा explicat D. et recte quidem, si sensum respicis; nam de tempore, non de alia conditione sermo est; quum me, Krishnam, illuminabis, tum hoc congruum erit. Nimirum यदि et यदा, licet invicem diversa, et originis communione et affinitate potestatis coniuncta sunt et permutari interdum videntur. Quam rem ut melius perspicias, totam de hisce particulis doctrinam infra attingam potius, quam absolvam in dissertatione ad calcem annotationis ponenda.

Dist. 7. *a.* गञ्जनं = तिरस्कारकं। D. परभाग = परमशोभा। A. — *b.* अहं तव पद्-पङ्कजं चरणकमलं etc. D. quam scripturam licet nemo aliorum tueatur, ambabus arripio, ut constet sibi imago; stillant enim limpidis guttis Nymphaeae, plantae aquaticae.

Dist. 8. *b.* अरुण per सूर्य explicant qui sic legunt A. C.

Dist. 9. *a.* वचनजातं subiectum est. Memorabile est dvandva adiectivorum चटुल°. अधि cum accus. apud recentiores praeter hunc locum nullibi repperi. Explicat D. per अधिकृत्य। A. per लक्षणीकृत्य। — *b.* Haec sunt scholl. in hoc hem. interpretamenta: A. = पद्मावती श्रीराधिकापरतया तयानाम्नी श्रीजयदेवपत्नी तद्गुणवर्णनादिना तस्या रमणस्य जयदेवकवेर्भारत्या भणितं। अतिशातं अतिसुखप्रदं। C. = पद्मावत्या रमणो नाथः स चासौ जयदेवश्चेति तस्य भारती वाणी तया भणितं। भारतीभूषितं (tum autem omitti deberet अति) भारत्यालंकृतं। अथवा पाठान्तरं। tum explicatur scriptura D. quod ipse faciat. = पुनः किं भूतं। जयदेवकवेर्भारत्या वाण्या भूषितं अलंकृतं। पुनः कीदृशं। मानिनीजनस्य मानिनीसमूहस्य जनितं शातं सुखं येन।

Dist. 10. *b.* स्वान्ते (= हृदये) आक्रान्ते locativus est consequentiae.

— 11. *c.* अश्चय = जनय। उद्वहेति पाठे कुरु। D. Cum D. consentit C. nisi quod etiam मदं = क्रोधं legisse videtur, sed male. Immo commentator A. मुदं ante oculos habuisse debet; explicat enim मुदमाप्नुहि। et in scholl. न - प्रयान्तु repetitur; sed haec scriptura defendi nequit, nisi वन pro मुदं legatur; मुञ्च tum explicandum est स्वयं मुञ्च scil. काण्डं; ellipsis est minime dura et scriptura omnino non improbanda.

Dist. 13. *a.* i. e. quintum musicum modulum.

Dist. 14. *a.* Caussam ignoro, cur et h. l. et supra ad II. 4. schol. D. nomina Bandhûcae et Madhûcae provincialia protulerit; habet autem haec verba: मधूकपुष्पवद् द्युतिः दीप्तिर्यस्य सः । - - - - यानि काननस्य पुष्पायुधानि तानि त्वन्मुखे वर्तन्ते । इति सेवाकारणं । बन्धूकमिति दुपहरिया । इति कान्याकुब्जभाषायां । मधूकमिति । महुवा इति । Inveni re vera in Amara Sinha polyglotto biblioth. Merc. Indic. Londin. haec harum florum nomina provincialia: बंधूक = Kâshmîr: दुपहरिया । Panjâb. बंधुआ । Pârvatì. दोपहरिया । Maithili: मधुरिकगाछ । Madhyadèça दुपहविश्राकाल । Mahratta दुपहरिया । Gurjari: दुपहरियात्रच्च । *Madhuka* K. महुवकुल । P. महु । Par. महुआ । M. महुकगाछ । Utkalâ महुलगछ । Mahratta मोहा । Gurj. महुडो ।

Dist. 15. *c.* रुचिरा चित्राणां लेखा ययोस्ते भ्रुवौ । D. Apsarases, ad quas alludunt singula verba, hae sunt: Alasâ, Indusandîpanî, Manoramâ, Rambhâ, Kalâvati, Chitralèkhâ. — *d.* अपि ad गता subaudiunt scholl. i. e. licet in terris verseris; neque alia ratione poterit explicari. At legendum mihi esse videtur गतं, nam Radham in terra versari, miratus non est Krishnas, sed miratur, omnes coelicolarum veneres in terram descendisse et in unam Radham fuisse accumulatas.

Dist. 16. *b.* गंभेद्वान् = आनन्दवान् । A. qui solus hoc distichon interpretatus est; mutilata tamen eius verba esse videntur; apponam, quae hemm. *c. d.* spectant: श्रीकृष्णो क्षणां स्विद्यति मीलति याति कंसस्यास्माभिर्जितं जितमिति कोलाहलोऽभूत् । तेनाव्रजितेन जितं द्विप याति तत्क्षणां अनेन जितमिति व्यामोहकोलाहलोऽभूत् । पूर्वत्र व्यामोह आनन्देन हेतुरत्र तु शोकेनेति ज्ञेयं । Videtur Krishnas in certamine, quod eum inter et Kansam fuit, initio frustra desudasse atque alsisse, quo factum est, ut persuaderet sibi Kansas, victoriam a se reportaturum iri; mox autem, quum deiectus fuisset elephas Kansae, cessavit vanus iste victoriae clamor. अलंभवति est cessare. Kuvalayâpîda nomen est elephanto. Vid. XI. 54.

XI. Dist. 1. *a.* प्रीणयित्वा = तोषयित्वा, verbum denominativum esse videtur a प्रीण, partic. in न radicis प्री. — *d.* निरव° = निर्गतो मानभङ्गादिरूपोऽवसाद उपतापो यस्यास्तां । D.

Dist. 3. दर- विहरं et गुरु° adverbia sunt composita.

— 4. *a.* Praestat scriptura codd. alioquin minus accuratorum B. C. मधुपविरावं, qua recepta aptius congruit hoc hemist. cum seq. Qui vulgatam defendunt scripturam scholiastae A. D. enarrant: cantum tibiae Krishnae.

Dist. 5. *b.* Operarum culpa deletum est spatium inter प्रति et गुरु. Constructio est: करोति प्रेरणमिव गतिं प्रति°।

Dist. 6. *a.* स्फुरितं per सकम्पं explicant A. D. et recte quidam. Nam

laevae mammae agitatione indicari credebatur, puellis cum amatis instare congressum. Hinc explica सूचित. — *b.* Interpretare: हारवत्..

Dist. 7. *b.* Scholl. आरवडिण्डिम ponunt genus tympanorum, quod in proeliis usurpabatur.

Dist. 8. *b.* Ad अवबोधय bene supplet A. रणाय। et निजगतिश्र° interpretatur त्वत्प्राप्तौ शीलं. निज enim, ut स्व, *tuus* valet, si refertur ad subiectum 2dae personae. Minus bene D. accipit निजगति pro काम. Coniunxere operae, quod seiungere iussi, चल et seqq.

Dist. 9. *a.* राम, quae est scriptura in scholl. A. C. explicata, non tantum est mendum Bengalicum pro वाम, quod per सुन्दरी interpretatur D. sed vera varietas, ut probatur glossa रमणी. Omnes itaque *puellam* h. l. ponunt, उल्लासिता स्वगुणैस्तिरस्कृता (vel दूरीकृता) वामा s. रामा येन तद्गणितं। Eodem fere modo interpretantur: अधरीकृतः स्वगुणैर् नीचः कृतो हारो येन। Intelligunt carmen, quod, aliis ornamentis depositis, monilis loco circumfertur, (हारादेरभावे गीतं कण्ठतटीमधितिष्ठतु), et quo removentur puellae seu potius erga eas amor. Quo quid ineptius et minus verum dici potest de hisce carminibus, puellis et amore repletis? Fefellit scholiastas pietas. हार, bellum, rixa, est, quae hoc carmine removetur; वाम est substantive pro वामता, ut dicitur VII. 39. Est carmen, quo Radhae perversitas dispellitur. Hic sensus est loci, si tenorem carminis respicis; quem ponunt scholiastae, ambiguis suis verbis tribui haud recusabit piorum caussa poeta. De altera hac interpretatione valet scholion D: यद्यपि हारस्य वामानां च कण्ठदेशस्थित्या शोभाप्रदत्वं भवति तथापि तयो रागिणामेव शोभाप्रदत्वं न तु मुमुक्षूणां।

Dist. 11. ध्वान्तं तमः कर्तृ सुदृशां प्रत्यङ्गमालिङ्गति constructio est. निक्षिपत् ad ध्वान्तं pertinet et regit qui h. h. *a. b.* leguntur accusativos. Locat. विकुञ्जे pendet ab अभिसार.

Dist. 12. *b.* आतङ्क° per quas tenebras lineam quasi extendunt quaqua versus (अभितः) monilia radiantia. मञ्जरी margarita est iuxta Wilsonem, gemma iuxta scholl. — *d.* i. e. Experimentum facit nox genuini amoris, veluti auri lapis Lydius.

Dist. 13. *a.* तरल media est unio in Haravalî.

— 14. seqq. ultimus versus epitheton est Râdhae, primus umbraculi. De collocatione versuum ध्रुवं पदं observat A. बहुयोजनानां प्रति पदशेषार्द्धे ध्रुवं पदं।

Dist. 18. *a.* घन, densus, densatus.

— 20. *a.* = पुष्परसेन तरल चञ्चलः scholl. — *d.* शिखरं = माणिक्यविशेषः। A. C. D.

Dist. 21. विहितो राधायाः सुखनमूहो येन तस्मिन्। A. Sed de Radha vix dictum est. Melius et copiosius agit D: - मङ्गलशतानि कुरु। कीदृशे। विहितः पद्मावत्याः स्वस्त्रियाः सुखस्य समाजः समूहो यस्मिन्। सुखसमाज इति पाठे। सुखस्य समाजः सान्निध्यं येन तस्मिन्। एतेन स्वनायिकायामेव प्रेमातिशयो दर्शितो न तु अन्यस्यां। भणति गुणं वदति। क्वचित् प्रविश राधे माधवसमीपमिह भणति। इति पाठः। At nisi विलस addatur, mancus evadit versus neque apta videtur talis Jayadevae mentio in medio versu. Coniicio addenda esse verba इह विलस scripturae a me evulgatae.

Dist. 22. *d.* Locativus pendet a संभ्रमः। Enotare oblitus sum hem. *c.* variam scripturam a C. et D. laudatam, non probatam, नव pro लव, quae quum *denuo emptus, redemptus* significare possit, non omnino est negligenda.

Dist. 24. seqq. सप्तपद्यां सर्वाणि हरिविशेषणानि। — *b.* In explicanda comparatione memoria tenendum est, विभङ्ग originem trahere a भङ्ग, quod etiam *undam* significat.

Dist. 25. *a.* परिलम्ब्य ad हारं pertinet et exquisitius est quam परिलम्बविट्टरं per अतिशयेन et similibus glossis enarrant scholl. Attamen vix dubium, quin h. l. positum sit pro lapide lazuli, qui aequiparatur colori aquae Jamunae, veluti unio spumae undis insitae. Probe scio वैदूर्य nomen esse lapidis, et विदूर monti attribui; de hoc tamen dubitare licet et locus noster mihi documento est, simplicem formam etiam de lapide usurpari. Monile itaque est, quod undique innititur lapidibus lazuli. Hoc autem figurate dictum est de colore corporis Krishnae.

Dist. 28. *a.* वदनकमलस्य परिशीलनाय प्रकाशनाय मिलिते ये मिहिरसमे कुण्डले। ताभ्यां शोभा यस्य। — *b.* - - - पल्लवः। तेन कृतो राधाया रतिलोभः येन। D.

Dist. 29. *b.* निवेश = रचना। D. Tilacae impositio pro imposito Tilaka. — 30. *a.* अधीरं = चञ्चलं D. i. e. desiderio quasi tremulum. दन्तुरितं = विषमीकृतं। क्वचिदुन्नतं क्वचिदानतं। A. — *b.* C. ipse explicet scripturam suam· भूषणानां मणिकिरणैः शङ्कायुक्तो विरहाग्निस्तस्य परिवारो यस्य।

Dist. 32. *a. b.* अतिक्रम्य ad दर्पाश्रुनि° trahendum est; genitivus अक्ष्णोः ab eadem voce pendet. प्रयासेन schol. D. cum अतिक्रम्य construit; quod contra loci sensum est; instrumentalem cum पतितयोः coniunge, quod participium determinativum sibi adiunctum habet adverbium तरल°.

Dist. 34. Respicit hoc distichon haud dubie simile certamen atque id, cuius mentio iactatur fin. cap. X. licet aliud esse ac quidem inter Krishnam et Muram e voce मुरजित् colligi posset; cum elephanto utrobique pugnatur; idem etiam est elephanti nomen कुवलयापीड. D. ad nostrum locum haec expromit: कीदृशस्य मुरजितः। भुजापीडस्य बाहुदण्डस्य

क्रीडयाहतः कुवलयापीडनामा करी हस्ती येन स। तस्य। Ludit poeta, uti vides, in nomine elephanti. Dissentit A. भुजापीडस्य क्रीडया तत्कुवलयापीडकारिणः। at, ut taceam, mutilatum esse scholion, X, 16, *a.* aliter intelligi nequit, quam de nomine elephanti. Quae h. l. dicuntur a victoriae dea spargi flores, eas solent Divi cum Nymphis coelestibus in victores superinfundere.

XII. Dist. 1. *a. b.* Compositum explicet D: मन्दोऽल्पो यत्नपाण्डुरो लज्जाभरस्तेन निर्भरोऽतिशयितो यः स्मरशरस्तत्परवशस्तदायत्तो य आकूतोऽभिप्रायस्तेन स्फीतं प्रवृद्धं यत् स्मितं तेन गुम्फितौ व्याप्तौ अधरौ यस्यास्तां। अथवा मन्दः क्रूर इति स्मरविशेषणं। Postremum vix admitti potest.

Dist. 2. स्वाधीनभर्तृकानायिका वर्ण्यते। etc. D. qui idem distichon profert, quod supra posuerat ad VII. 22. Eandem definitionem propositam posthac repperi Sâh. Darp. I. cap. III. ubi variatur versus prior: कान्तो - - - - - - न जहाति यदन्तिकं। — *b.* Subiectum est इदं तलं।

Dist. 3. *a.* चरणं = पूर्णं। A. Contra D. तत्र चरणं संवाहयामि. Constat adventanti primum offerendam esse पाद्य, aquam ad pedes lavandos; aquam non offert Krishnas, sed aliam pedum curam. D. in eo erravit, quod asseruerit, कृ simplex poni posse pro संवाहय्, neque evincit ea quam addidit observatione: धातूनामनेकार्थत्वात्। — *b.* शयनोपरि नूपुरमिव मामङ्गीकुरु। उभयं विशिनष्टि अनुगतौ निपुणं। अनुगतस्य पदलग्नस्य उपाकाराच्चरणं युक्तमेवेत्यर्थः। A. At invertit iuncturam; ponere debuisset नूपुरं मामिव, uti fecit D. quae legitima est positio particulae इव।

Dist. 7. *b.* विकले = दुःखिते। D.

— 8. *a.* Memorabilis est constructio: विरम नयनं मां अवलोकितुं।

— 11. अस्मिन् श्लोके विपरीतं सुरतं द्योतितं। D. *c.* कचे ad praecedens comma pertinet.

Dist. 12. Coniunctioni caussali यत् hem. *b.* correspondet तद् ad commata hem. *c.* subaudiendum. Nova denique ponitur interrogativa sententia hem. *d.* inde a voce पौरुष°. *a.* माराङ्के explicat कामचिह्ने D. कलिपक्षे मारः docet A. sed neutra glossa multum lucramur. Videtur epitheton esse sequentis रणारम्भे, pugna, quae amoris insignia habet. Nomen quod ponitur Kâmae, मार, interfector, selectum est ratione habita pugnae. — *b.* किंचिदुपरि interpretatur D. कृष्णोपरि, siquidem inversa est veneris figura. Contextus et A. potius suadent, enarrandum esse: aliquid nimis, ultra modum. — *d.* पौरुषरसः = पराक्रमाभिलाषः। D.

Dist. 13. *a.* पाटल (sic enim edi debuerat, non पाटव) = अरुण A. श्वेतरक्त D. *b.* निर्धूतः = पीतः D. निर्धौतः ante oculos habuisse debet A. क्षालितः interpretatus Quae h. l. cum sagittis Amoris comparantur phaenomena in figura Râdhae, sic enumerantur a D: नखक्षतनागरपाचुम्बनकेशाकर्षणालोकनविलोचनानि पञ्चशरत्वेन निरूपितानि।

Dist. 14. Eadem est narratio, cuius mentio etiam iniicitur Vikramôrv. act. III. init. *c.* वक्षोऽञ्चलं quod legitur A. ex glossemate est.

Dist. 15. धिनोति sc. कृष्णं recte D. qui addit de antecedd. colis: यद्यपि इति सर्वत्र योजनीयं।

Dist. 16. Schol. D. ablativum उपरिपरिष्वंगात् pendere faciunt a हर्ष hem. *d.* nec meliorem iuncturam in promptu habeo. A. aliam scripturam etiam in hac voce ante oculos habuisse videtur, explicans: कीदृशः। - - - पयोधरयोरुपरिपरिष्वंग(ो) विद्यते यस्य सः। Sed hoc vel minus placet. Num ablativus sine अनु significare potest *post?* Qui praecedit ablativus वशात् pendet ab अव्यक्ताकुल- Audi D: कीदृशमाननं। सीत्कारधारा(वली)वशात् कामपरंपरावशात् अव्यक्ता आकुला(च) या केलिस्तस्यां या काकुः तेन (sic D; A. = या केलिषु काकुः। तया) विकसन्तो ये दन्तांशवस्तैर्धौतः क्षालितोऽधरो यस्मिन् तत्। D. Praedicatum enunciativi est धौत, praecedentis दन्तांशु autem विकसत्। dein अव्यक्त et आकुल de केलिकाकु praedicantur.

Dist. 18. *b.* अत्र = अस्मिन् D. Vid. ad Hitop. I. dist. 5. — i. e. कामस्य मङ्गलाय कलसः पूर्णकुम्भस्तस्य सहोदरे तुल्ये। D.

Dist. 19. *b.* उज्ज्व° = पुनरुद्दीपय। D.

— 20. *a.* De नयन° D. haec praebet: नयनकुरङ्गस्य मृगनेत्रस्य तरङ्गविकाशस्य उत्पलत्वमनस्य (sic) निराशं निषेधं करोतीति। Id facile apparet, dici aures tam pulcras esse, ut eas contemplati oculi spem quasi deponant, fore ut in alias res sese convertere possint, haud aliter ac dorcades, retibus captae, spe privantur liberationis. At quaeritur, qui sensus sit vocibus तरङ्गविकाश tribuendus. Corrupta est glossa scholiastae; तरङ्ग tamen quum usurpetur de incessu equorum, probabile est, etiam dici posse de dorcadum exsultatione, quam quo minus *manifestent* (विकाश) impediri dicuntur retibus cinctae. In glossa उत्पतन aut simile quid fuisse videtur.

Dist. 21. *a.* संमुखे = सुन्दरे। D.

— 22. *a.* अलि° = ललाटचन्द्रे। D.

— 23. *b.* श्रीखण्ड° compositum est comparativum.

— 24. *a.* सरस et घन dvandva est adiectivorum. शम्बरदारणः कामः। स एव वारणः। कुञ्जरस्तस्य कन्दरे वासस्थाने। D. — *b.* मणिरसनां वसनानि आभरणानि च तानि योजय।

Dist. 25. Ingeniosissimi sunt glossatores in variis expromendis interpretamentis, quae huc translata stomachum moverent. Ideo id tantum addam, मण्डने appositum esse nominis वचसि et valere अलंकारभूते। D.

Dist. 27. *a. b.* Constat in serpente recumbere Vishnum et ex superstitione esse Indorum, in serpentium cristis inclusas esse gemmas; in quarum multitudine, quasi in speculis, conspici et multiplicari dicuntur

insignia maiestatis Vishnuis. संक्रान्त = प्रतिबद्ध D. = मिलित A. praedicatum est imaginum, quae in speculo quasi comprehenduntur vel colliguntur. संवलना per प्रसरणेन rectius explicat A. quam D. qui अन्वयेन स्थित्या ponit. Ac sane quum de motione usurpatur radix वल्, apte संवलना valere potest revolvere. वपुर्विक्रियां minus apta est scriptura, quum et potius insignia Vishnuis, quam corpus, multiplicata cernantur, et corporis mentio iniiciatur hem. *d.* — *c.* कृष्णाचरणकमलं धारयतीति धारिणी या etc. D. — *d.* उपचितीभूतः explicat A. per वृद्धिं प्राप्तः, auctus, incrementum nactus. Simili crescendi sensu ponitur simplex चि Mudr. Ràx. p. 2. चीयते बालिशस्यापि सत्क्षेत्रपतिता कृषिः । आकूत quod per कामचारः (भरः ?) explicat D. huc non facit. Distichon hoc, quod a laudibus Krishnae transitum facit ad praeconium Vishnuis, ad finem poematis relegandum esse videtur; at obstat, quod vix post dist. 28. aliud addi possit. Spurium dicere vix ausim, attamen et hoc et alia eiusmodi disticha finalia ad Gîtagovindam, quale id carmen diebus festis actum sit, vix ab origine pertinere poterant. Nec multum refragarer, si quis diceret, et haec disticha et divisionem, quam factam videmus in XII capita, poetae non esse ipsius.

Dist. 28. *c.* एकतान = अनन्यवृत्तिरात्मा यस्य सः । Ex fine huius distichi inditum est toti nomen carmini, quippe in quo celebretur Govindas.

Distt. 29. 30. Licet gravioribus testibus defendatur dist. 30, quam 29. obelo id etiam notavi, nam in promptu est videre, distichon eo effictum esse aevo, quo in Bhojam, aeque atque in Vikramàdityam, accumulare incepissent fabulatores permulta poetarum nomina. Distichon contra 29. anagogici est argumenti a Gîtagovinda alieni et recentiorem Hindusthanorum poesin persizantem sapit. In versione Latina id omissurus scholion A. apponam in gratiam eorum, qui eo allicientur: अथ हृद्रोगमाश्वपहिनोत्यचिरेण धीर इति शुकोक्तप्रायत्वादेतत् श्रवणकीर्तनस्मरणानुमोदनप्रभावमाह । साध्वीति । हे माध्वीक इह लोके यावत् जयदेवस्य वचांसि विष्वक् सर्वतः शृङ्गारसारस्वतं भावं (वहन्ति?) ददति तावद् भवतश्चिन्ता साध्वी न भवति । मधुरत्वेऽपि मादकत्वादित्यर्थः । हे शर्करे त्वं कर्कशासि मादकत्वाभावेऽपि कठिनत्वादित्यर्थः । हे द्राक्षे के त्वां द्रक्ष्यन्ति । (hinc emenda in textu त्वाम्) कोमलत्वेऽपि निम्बोद्देशोद्भवत्वादित्यर्थः । हे अमृत त्वं मृतमसि । मरणान्तरप्राप्यत्वादित्यर्थः । हे क्षीर तव रसो नीरवत् । आवर्तनाद्यपेक्षत्वात् । हे माकन्द त्वं क्रन्द त्वगस्थ्यादिहेयांशसाहित्यादित्यर्थः । हे कान्ताधर त्वं पातालमसुरालयं (गच्छ) याहि । अधोदातॄणामत्र मत्वा तु वात्र(?) स्थितिरपि न युक्तेति अर्थः । श्रीजयदेववर्णितमधुरमधुराख्यभक्तिरसास्वादनिर्वृता जनास्तेषु घृणामत्र करिष्यन्तीत्यर्थः । अतः सर्गोऽयं समृद्धिमदाख्यसंभोगरसानन्दितः पीताम्बरः प्रियाधीनत्वेन तद्दर्पानुरागप्रियः श्रीकृष्णो यत्र सः ।

EPIMETRUM DE PARTICULA CONDITIONALI यदि; AD. XI. DIST. 5.

1. Data hac opportunitate dicam de huius particulae usu in lingua Sanscrita, totam quaestionem tamen magis attingendo, quam absolvendo; nam quaedam sunt, quae iusto tractari nequeunt, nisi praemissa iam fuerit disputatio de ceteris conditionalibus coniunctionibus चेत्, नेत् et quae earum vice interdum fungitur अग. Materiam itaque disserendi nunc potissimum congeram et disponam, syntaxi Sanscritae, quam iam dudum concinnare coepi, pleniorem orationem seponens.

2. De *origine* particulae यदि dubitatio esse nequit; originem ea traxit a themate pronominis relativi: य. At quaeritur, quodnam sit affixi genus, quod additum sit. दि forma est prorsus inaudita neque commode e यद्, addito pronominali themate इ, derivari posse videtur यदि. Expectaveris enim यदित्, aeque atque चेत् ex च et इत्, नेत् ex न et इत् recte explicuit Vir Clar. Boppius. Huc accedit, quod nullae congruant cum यदि formae aut interrogativi aut demonstrativi pronominis, inprimis si reputes, ex posteriori deductas esse quae conditioni respondeant consecutivae particulae तदा et तत्न्.

3. Ignoro, utrum inveniantur in Vedis, necne, vetustae linguae vestigia, quibus origo conditionis यदि explicetur. Alios testes si consulimus, unum tantum inveni locum, qui ad hanc quaestionem faciat sive potius facere videatur. Est is Râm. II, 48, 19: कैकेय्या यदि चेद् राज्यं स्याद्धर्म्यमनायवत्। न हि नो जीवितेनार्थः कुतः पुत्रैः कुतो धनैः। »Atque, si Ceceïdos hoc sit regnum, nullus tum nobis erit vitae usus etc.« Reddidi sensum, quo accipiendam esse voculam चेत् reor, nimirum च esse copulam, इत् antiquam et primitivam pronominis formam pro seriori इदं. Duas esse conditiones simul positas nemo non infitias ibit, neque ad eam, quam §. 2. attigi sententiam, recurrere volet, qui consideraverit, non dici यच्चेद् राज्यं, sed legitima sua forma indutum esse यदि.

4. Proxime cognatam linguam si in auxilium vocamus Zendicam, duabus formis variatur de qua disseritur particula: *yédi* et *yézi*. *é* pro *a* quum attribuendum sit semivocali antecedenti, aut *yadi* aut *yazi* veram formam credas, necesse est. Adspirata autem dentalis est littera ex more Zendico, quippe quae inter duas vocales collocata sit, *yadi* itaque ab origine *yadi* est et *yazi* immutatio apud Bactrianos

orta, cuius ratio haec esse videtur, ut yad'i mutatum fuerit in *yahi*, *h* autem lege Zendica transierit in *z*. Haud nescio *hi* esse affixum Sânscritum, quo formantur praeter एतर्हि et कर्हि, etiam तर्हि et यर्हि; sed significatus ei est temporis et in *yêzi* Zendorum nullum est neque caninae litterae vestigium nec temporis indicatio. Videtur itaque potius mutatio litterae *d'* in *h*, ut in हित pro धित, सह pro सधा, हा pro धा, vid. Rosen. R. V. Sp. p. 23. usitata interdum fuisse Zarathustricis.

Pro *yêd'i* et *yêzi* saepenumero ponitur per Zendavestam *yat'*, ut ex. gr. in loco a BURNOUFIO, Viro celeberrimo, excitato, Observ. p. 45. yat'. nâirika nis.hadât'., si mulier sedeat. qui usus ansam mihi dedit coniecturae, quam nunc proponam.

5. Constat, frequentissimam esse et paene solam apud Indos hanc correlativarum enunciationum iuncturam, ut relativa praemittatur, subsequatur demonstrativa. Cf. quae dixi ad Hitop. p. 15, l. 13. Dicere itaque solent Indi: यच् चकार रामः कर्म तदस्ति शुभं, non कर्म, यच् चकार रामः, शुभम् अस्ति। यद् autem, dum remanet pronomen, duas coniungit sententias ita, ut relatio sit per pronomen relativum notionis determinativae ad notionem quandam in enunciatione principali comprehensam, ambarum enunciationum alia est correlatio nulla; ut in sententiis supra positis notio *peracti a Rama* refertur ad actionem tantum, non ad enunciationem totam, quae praedicat de actione, eam esse honestam. Luculentum est huius rei exemplum Man. X, 123: यद् अतोऽन्यद्धि कुरुते तद् भवत्यस्य निष्फलं। Sin autem duarum est enunciationum relatio totarum, eadem ponitur iunctura; quod quum fiat, यद् potius est coniunctio *quod*, et relationem indicat non unius notionis, sed totius enunciationis. Exemplo docebo: Hitop. p. 13, l. 13. आत्मपरित्यागेन यद् आश्रितानां रक्षणं तन् नीतिविदां न संमतं। »quod fiat per sui ipsius devotionem conservatio servorum, prudentibus minime probatur.« Comprobatio quae nulla esse dicitur praedicatur non de sola servorum conservatione, sed de tali, quae factitetur semet ipsum devovendo. Est igitur mutua enunciationum, non singularum notionum, relatio. Huius rei clarissimum est exemplum Bh. Gît. I, 46. यदि मां धार्तराष्ट्रा हन्युस् तन्मे क्षेमतरं भवेत्। Talis autem enunciationum quum sit in conditionalibus sententiis relatio, apparet, quam aptum sit neutrum relativi pronominis, in particulae naturam transmutatum, ad exprimendam correlationem, quae inter conditionalem sententiam intercedat et eam, quae a conditione pendeat. Sic factum esse reor in lingua Zendica.

6. Correlativarum autem enunciationum relatio varia esse potest; aut simpliciter determinativa, aut consecutiva. Consequentiam si ponis, ea aut a tempore pendet, aut insita est in alio quodam nexu caussali. Exemplum quod posui Hitopadesae determinativae est correlationis, quod videbis, si in unam sententiam ista verba contraxeris: आत्मपरित्यागकृतं आश्रितानां रक्षणं न संमतमस्ति। *Casum* itaque induit relativa sententia, in unum complexum mutata, eum, qui a principali enunciatione postulatur. Idem valet de conditione caussali. Si exemplum e Rameide supra prolatum in unam compositam quidem, sed Indis minime inusitatam notionem mutaberis, dicere debebis: कैकेय्योराज्यभावे, i. e. posito hoc, Ceceidos esse regnum. Locativus enim consequentiae in tali iunctura ab Indis usurpatur, et adderet, ut istam enunciationem enarraret, interpres indigena सति.

7. Quae quum ita sint, coniicio, particulam यदि esse locativum voculae यद्, non pronominis relativi, sed coniunctionis यद्, quae relationi totius enunciationis ad aliam indicandae inservit (§. 5.); et locativo quasi positas esse in lingua Sanscrita enunciationes, quae conditionem यदि praemissam sibi habeant. Affines autem quum sint relativae sententiae determinativae et consecutivae, utrumque genus iungi potest, uti Man. VIII, 388. ऋत्विजं यस् त्यजेद्याज्यो याज्यं चर्त्विक् त्यजेद्यदि। शक्तं कर्मण्यदुष्टं च तयोर्दण्डः शतं शतं॥

8. Hoc autem si datur, non videam rationem, cur minus de coniunctione यदा possit statui, eam esse instrumentalem eiusdem voculae. De tempore enim elapso aut elapsuro aut per cuius evolutionem aliquid fit, instrumentalem Sanscritice poni, quis nescit. Scio equidem दा posthac in affixi naturam abiisse et suffigi pronominalibus vocibus, quarum nullum est neutrum in द्, ut नित्यदा, सर्वदा; at enim vero de origine heic loquor et non de serioribus linguae formationibus. Vestigia antiquioris usus, यद् pro यदि et यदा usurpandi, in Vedis nullus dubito, quin inventuri simus, quum primum eos ROSENII nostri industria in lucem prolatos nocturno atque diurno studio terere nobis fuerit concessum. Unus est in brevi quo uti possumus specimine locus p. 10: यद् ईमह त्रितो दिव्युप ध्मातेव धमति शिशीते ध्मातरी यथा। »quum semetipsum undecunque sub divo, faber veluti, adflat (ignis), candescit tanquam coram fabro.« Ubi यद् pro यदा est.

9. Interest igitur inter particulas यदा et यदि, ut illa ponatur, si a tempore pendeat actionis conditio, haec, si aut nulla habeatur temporis ratio, aut alia accedat actionum invicem a se pendentium conditio. Exempla considerate haec: Man. VII, 174. यदा परबलानां तु गमनीयतमो भवेत्। तदा

तु संश्रयेत् क्षिप्रं धार्मिकं बलिनं नृपं et paullo post 176: यदि तत्रापि संपश्येद्दोषं संश्रयकारितं। सुयुद्धमेव तत्रापि निर्विशङ्कः समाचरेत्॥ Temporis notionem probe intelliges in hac legislatoris sententia: VII, 169: यदावगच्छेदायत्यामाधिक्यं ध्रुवमात्मनः। तदात्वे चाल्पिकां पीडां तदा संधिं समाश्रयेत्॥ atque in hac: ibid. 183: अन्येष्वपि तु कालेषु यदा पश्येद् ध्रुवं जयं। तदा यायाद्विगृह्यैव व्यसने चोत्थिते रिपोः॥ vel in hoc Rameidos disticho III, IV, 17: यदा दाशरथी रामस्त्वां वधिष्यति संयुगे। तदा प्रकृतिमापन्नो भवान् स्वर्गं गमिष्यति॥ Adde cuius explicandi caussa haec instituta est qualiscunque disputatio, locum Gîtagovindae.

10. De discrimine quod inter यदि et चेत् cernitur, non apte agi potest, nisi enodata iam fuerit posterioris particulae origo et usus. De coniunctione यदि itaque sola nunc agam, quae una cum conditionali enunciatione legitime praemittitur consecutivae, rarius subiungitur. De prima enunciationum dispositione primum est agendum.

11. *Collocationem* quod attinet, in initio, in media sententia et in fine sine sensus discrimine ponitur. Initio legitur Man. II, 243. (यदि तु) III, 61. (यदि हि); VII, 176. VIII, 213. 253. Bh. Gît. I, 46. Râm. I, XXI, 16. II, LII, 45. in media sententia: स यदि, Man. VIII, 185. तेषां न दद्याद् यदि तु, ibid. 184. मन्यसे यदि Bhag. XI, 4. Gît. Gov. VII, 30; Chaûr. P. 3; Râm. II, LII, 48; enunciationem claudit: Man. VIII, 238. 388. Hitop. I, 149. Mâl. M. I, d. 2. In soluta tamen oratione plerumque enunciationem inchoat; vid. Hitop. p. 40, 17. 54, 14. 84, 7. 93, 5. 99, 7. 115, 2. 14. 18, 19. 127, 11. (ततः enim praemissum discrimen non facit, ut 71, 5. तत् 129, 3. तद् देव) 59, 1. 65, 5; 84, 7. 98, 9 (praemisso vocat. देव;); 100, 4; 105, 18; 112, 4; 121, 1; 128, 6. In formula यद्येवं Hitop. 68, 16. 97, 18. 57, 19. (ubi l. 20. plenior est iunctura यद्येवं क्रियते;) 97, 18; 120, 16. ellipsis est, in qua quum hisce particulis contineatur sententia, यदि primum occupet locum necesse est.

Valet autem in hac positione *si*, tum in simplici conditione, tum in iure iurando, ut *si*, et confirmandi vim habet, *siquidem*; ut Râm. I. 22, 16. Gît. Gov. I, 3. Râm. II, LIX, 23. 24. Diluv. ed. Bopp. p. 39, d. 97. 100. in qua loquendi formula praemitti debet praesens, sequi imperativus, rarius potentialis.

12. यदि praemisso, sequitur in consequenti sententia plerumque तदा, interdum ततस्, rarius तत्, atque omittitur nonnunquam particula consecutiva. Cuiuslibet iuncturae exempla ponam, tempora simul indicans, quae in utraque enunciatione inveniuntur:

a) यदि-तदा. ततो यदि-तदा. Hitop. p. 18, l. 19. fut. pass. in य c. fut. pass. in तव्य। यदि c. praes. तदा c. fut. p. 40, 17. यद्येवं et तदा किं c. partic. pass. in

त। 59, 19. यद्येवं क्रियते- तदा c. pot. ibid. l. 20. praes. et fut. p. 59, l. 1. 128, 6. praes. et praes. ibid. l. 20. 99, 7. 115, 2. 14. 121, 1. यद्येवं et तदा c. imper. p. 68, 16. c. praes. et omisso copulae praes. p. 71, 5. praes. et imperat. p. 65, 5. 93, 5. 98, 9. 100, 4. 127, 11. 129, 3. praes. et praes. p. 84, 7. यद्येवं- तदा कथं-कृतः। 97, 18. यदि c. fut. pass. et तदा cum supplendo praes. copulae, ibid. 105, 18. praes. et fut. pass. in तव्य ib. 112, 4. यद्येवं- तदा कथं c. part. pass. in त, ib. 120, 16. यदि cum gemino futuro, तदा itidem, Hit. I, d. 197. i. e. si unquam, quotiescunque; यद्येवं- तदा c. imperat. Mrich. p. 49. यदि sine verbo finito, तदा c. imperat. G. Gov. I, 3.

b) यदि- ततः।

praes. et imperat. Bh. G. XI, 4.

c) यदि- तत्.

pot. et pot. Bh. G. I, 46. Mâl. M. I, d. 2.

d) omissa consecutionis particula:

Gît. Gov. IV, 9. Hit. I, d. 149. sine verbo finito; praes.— praes. ib. II. d. 71. (ubi complexio est periodi); praes.— praes. Man. XII, 20. 21.— potent.— praes. Hitop. I, d. 15. pot.— pot. Man. II, 243. X, 121. VII, 176. VIII, 213. 238. 253. Bh. G. XI, 12. Quae usitatissima est in legum codice iunctura, licet pot. c. praes. habes VIII, 183. Praes.— praes. Chaur. Panch. 3. praes.— imper. Râm. II, LIX, 23. 24. fut.— fut. Râm. II, LII, 45. 48. praes.— imper. Diluv. p. 39. d. 97. 100, Pot.— condit. Man. VII, 20. Conditionalis exempla frequentiora haud dubie aderunt in Vedis. Vid quae disputata sunt a Windischmanno, Sanc. p. 67.

Imperfectum, praeteritum et aoristus a sententia conditionali excluduntur sua natura, et locus eis est in conditione, temporali तदा indicata. Cum quo usu non discrepabit, si invenientur exempla imperfecti vel aoristi pro imperativo usurpati in consecutione. Precativi exempla in promptu habeo nulla, nec futuri primi; in medio itaque relinquam. Duo autem sunt ceterarum iuncturarum genera, aut simplex est conditio, aut conditio, quae tam firme asseritur, ut in confirmandi formulam abeat sententia. In hac ideo imperativus aut potentialis in consecutionis enunciatione frequentetur, necesse est; conditionalem enunciationem inchoari non posse ab imperativo, per se patet.

13. Dicam nunc de iunctura coniunctionis यदि cum aliis particulis, inter quas simpliciter *negativa*, न, constructionem enunciationum grammaticam non mutat. Contenti ideo estote exemplis hisce: Hitop. p. 21,

22. यदि न मन्यसे, -तदा कर्तव्यं। p, 54, 14. यदि मन्त्रो न वक्तव्यस् तदा-। यदि हि न c. pot. et pot. sine तदा. Man. III. 61. यदि तु न दद्यात्- स्यात्. ib. VIII, 184. न दद्याद् यदि c. seq. praes. ib. VIII, 189. यदि न स्यात्- तदा c. pot. Hitop. III, d. 2. c. praes. sine तदा. ibid, III, d. 139. यदि नास्ति- केन c. praes. Hit. III, d. 10. यदितन् कर्तव्यं-तत् केन निष्क्रयो भविष्यति Hit. p. 99, l. 14.

14. यद्यपि, ut apud nostrates, *wenn auch*, valet *licet* et legitime excipitur a तथापि, *tamen* et recurrit in hac iunctura ellipsis यद्येवं। Hitop. p. 69, 22. यद्यप्येवं तथापि p. 92, 16. c. seq. imper. p. 120, 5. cum praes. (supple अस्ति), cum seq. fut. pass. in negativa sententia p. 73, 16. omisso तथापि, ib. IV. d. 98. यद्यपि शंक्यते- तदपि न p. 55, 8. redit in naturam locutionum, de quibus supra §. 5. dixi. यद्यपि- कथं Bh. G. I, 38. Ab hac iunctura minime aliena sunt praeterita. Transpositis particulis legis Vêtâla Panch. I, d. 3. अपि स्वल्पतरं कार्यं यदि स्यात् पृथिवीपतेः। सभामध्ये न वक्तव्यं प्रोवाचेदं बृहस्पतिः॥

15. Pervenio nunc ad eam construendi rationem, iuxta quam subsequitur enunciatio conditionalis. Postposita enunciatione, cui proprium est यदि, conditionis ratio eadem remanere potest, vid. Hitop. IV, d. 81. Man. VIII, 233. et Râm. III, IX, 29. अत्वया तु भवेत् प्रीतिः स्वश्रूश्वशुरयोर्नम। यदि राज्यं हि संन्यस्य भवेस्त्वं निरतो मुनिः॥ quamvis dubitatio quaedam hac positione semper significari videtur. Vid. Gît. Gov. IV, 19. जीवेन् न किं- यदि प्रसीदसि। aut restrictio quaedam, ut Man. XI, 17. Hit. III, d. 146. ubi praes. indicat. sequitur. Augetur restrictio potentiali, ut ibid. VIII, 90. si *semel* mendacium proferas, यदि ब्रूयास्त्वमन्यथा। et VIII, 188. Adde locos hosce: Diluv. p. 15. d. 21. p. 80, d. 17. Râm. III, XVII, 21: रावणो नाम मे भ्राता यदि ते श्रोत्रमागतः। Mrich. p. 36. infr.

16. Ex hac dubitandi potestate, quae particulae यदि postpositae inhaerere videtur, explicanda est vis, quam saepius in hac iunctura habet, *an*. Dil. p. 55, d. 5. तां समाचक्ष्व (समा?)- यदि स्यात्- मानुषी। Râm. II, LIX, 7: आशया यदि मां रामः पुनः शब्दापयेदिति। ibid. LXXIII, 7. दुष्करं यदि जीवेतां। ibid. LI, 14. नाशंसे यदि जीवन्ति सर्वे ते शर्वरीमिमां। Potentialem ponere noli, magnopere enim errant, qui regulas, quas veteres in temporum usu observarunt, ab Indis observari velint. Desperantis est iste sermo, non tantum dubitantis, utrum vivant, necne, et pergit dist. 15. oratio: तद् दुःखं यदि कौशल्या विनशिष्यति, ubi यदि positum est eo sensu ut sit, magnopere timendum, ne moriatur, nec dubium, quin pereat, mortua tamen quum nondum sit, per यदि exprimuntur timor et dubitatio.

17. Ex hac iunctura facilis est transitus ad disiunctivam positionem

यदि वा, cui praemitti potest यद्वा, Bhag. Gît. III, 23. *utrum-an.* यदि वा propter additam particulam वा proprium occupat locum in altera disiunctionis parte, tum in enunciationibus, ut Hitop. p. 19. l. 7. quum in singulis vocibus; abit enim vox यदि वा in simplicem disiunctivam particulam: Hitop. I, d. 110. d. 54. Bh. G. VI, 32. Man. XI, 114. 232. etc.

18. *Omitti* potest यदि, ex. gr. G. G. IV, 20, c. VII, 30. etiam compositi यद्यपि, ut Hit. I, d. 25. Ram. II, LI, 14. जीवेदपि हि मे माता- तद् दुःखं यदि etc. Sequente eadem quae omissa est particula, conditionalis sententiae natura nihilominus indicata est. Similis est ratio loci ibid. LXI, 11, ubi praemisso यदि conditionali, omittitur यदि dubitativum postponendum: यदि पञ्चदशे वर्षे राघवः पुनरेष्यति । जह्याद्राज्यं च कोशं च भरतो नोपलक्ष्यते ॥ si modo redux erit Ramas, haud magnopere curatur, *utrum* Bharatas etc.

19. Haec sunt, quae in praesentia de hac coniunctione disputare constitui; intacta reliqui nonnulla, quia aut ad exceptiones pertinent, aut quia ad ea diiudicanda aliis eisque longioribus disputationibus opus est. Qualis est iunctura यदि et चेत् in eadem periodo. Bh. G. III, 23—24. Unum tamen locum sui generis quod sciam unicum nunc tractare non pigebit.

20. Sàvitryupàkh. V, 99. legitur: [कामये दर्शनं पित्रोर्यदि सावित्रि मा चिर ।] पुरा मातुर्पितुर्वापि यदि पश्यामि विप्रियं । न जीविष्ये वरारोहे सत्येनात्मानमालभे ॥ quem obelo notavi, versus spurius est; distichon excedit et satis est ieiunus. Sed hoc obiter. Sensus distichi dubius non esse potest: potius vivere desinam, quam videam. At hoc singulare est, quod coniuncta sint पुरा et यदि et comparationis notio insit enunciationi, पुरा enim valet *olim.* Ram. I, XXVII, 19. Versatur autem tota comparationis quae sistitur duarum actionum vis in पुरा quod h. l. valeat necesse est *antequam*; ad verbum igitur erit: antequam ut videam, यदि positum est eodem fere modo, qui in locis §. 16. laudatis obtinet et est *deprecantis.* पुरा isto sensu legitur Ràm. I, XXVIII, 19. अलं ते घृणया राम पापैषा दुष्टचारिणी । यज्ञविघ्नकरी यक्षी पुरा वर्धेत मायया ॥ »antequam augeatur Magià« et mox, 20: बध्यतां तावदेवैषा पुरा संध्या प्रवर्तते । antequam crepusculum irruat. Potentialis autem est prioris distichi, quia res est, quae fieri possit, non fiat necesse est, indicativus posterioris, quia res memoratur de qua non possit dubitari, quin fiat. Hinc etiam enoda, cur post तादृश similesque locutiones, ut Hitop. p. 11, l. 5. non necessario sequatur potentialis. Id ab aliis pendet rationibus, quas huius loci non est explicare.

GÎTAGOVINDAS

LATINE CONVERSUS.

I.
Nubilis nigrescit aer, atrae sunt regiones silvestres Tamâlis arboribus, 1.
noctu pavescit ille; tu quidem, o Râdha, age, in hanc domum comitare eum.«
Ita iussa a Nanda Râdha Mâdhavam ad arborem umbraculi, semitae vicini, con-
venit, indeque in ripa Yamunae exsultant amores eorum arcani.

Cuius mentem, parietem veluti picturis, variegavit rebus a se gerendis 2.
eloquentiae Dea; qui imperatoris instar orbem regit saltatorum Padmâvatidos
cultum celebrantium: is, vates Jayadêvas, condit hoc opus, quod almi Vâsudêvae
amatorios lusus narratione complectitur.

Si recordatione Haris gaudet mens tua, si deliciae tibi sunt illecebrarum 3.
moduli: tum ausculta Suadae Jayadêvae, suaves, molles, blandos pedes nectenti.

Orationes floridulas condit *Umâpatidharas*, elegantias sermonis serendi cal- 4.
let *Jayadêvas* quidem; *Çaranas* laudatur ob facilitatem obscure dicendi. Qui
magistro *Gôvardhanae* aemulatur in dispositione argumentorum eximiorum, amore
conspicuorum, homo minime cluet; *Dhôyin*, qui auditum occupat, rex est orbis
poetarum.

Qui in undis cataclysmi Vedas indefesse tenuisti, navis adminiculum quasi Cant. 1.
eis subministrans, o Kêçava, qui piscis formam induisti, euoe, Hares, domine 5.
mundi.

Constitit terra in dorso tuo longe latissimo, quod ob telluris portationem 6.
in orbem tuberum extumuit, o Kêçava, qui testudinis formam induisti, euoe,
Hares, mundi domine.

In cacumine dentium aduncorum inhaerens innixa est tellus, sicuti maculosa 7.

Cant. 1. lunae pars cornibus includitur, o Kêçava, qui apri formam induisti, euoe, Hares, mundi domine.

8. In pulcerrima manus tuae nymphaea unguis est acuminis mirifici, quo corpus Hiranyakaçipuis dilacerabatur, tanquam apis, o Kêçava, qui Androleontis formam induisti, euoe, Hares, domine mundi.

9. Incedendo circumvenisti, o mirifice nane, Balim, humore pedibus unguibusque defluxo hominum purificationem generans, o Kêçava, qui Nani formam induisti, euoe, Hares, domine mundi.

10. • Crimina mundi abluisti, tanquam aqua lustrali, sanguine bellatorum, peccatisque liberum eum fecisti, sedato existentiae cruciatu, o Kêçava, qui formam principis Bhriguidarum induisti, euoe, Hares, domine mundi.

11. Pugnando perfecisti, immolatis Decemcipitis capitibus, in quavis mundi regione sacrificium acceptissimum, plagarum tutoribus iucundum, o Kêçava, qui Râmae formam induisti, euoe, Hares, domine mundi.

12. Gessisti in corpore splendido amiculum nubi simile, Yamunae aratrum percutiens expavescentis atque in se revolventis speciem referens, o Kêçava, qui formam induisti Haladharae (Aratrigeri), euoe, Hares, domine mundi.

13. Contempsisti, eheu, summam rituum sacrificalium, in Vedis constitutorum, animalium immolationem misericordi animo conspiciendam curans, o Kêçava, qui, Buddhae formam induisti, euoe, Hares, domine mundi.

14. Gladium gestabis in excidio catervarum barbaricarum maxime terribilem, instar stellae cincinnatae, o Kêçava, formam induens Kalkis, euoe, Hares, mundi domine.

15. Audi Jayadêvae, pii vatis, carmen hocce nobile, quod felicitatem et salutem affert, existentiamque beat, o Kêçava, decemplicatam induens formam, euoe Hares, mundi domine.

16. Vedarum sospitatori, mundi sustentatori, globi terrestris vectori, Daityae direptori, Balis circumventori, bellatorum exstirpatori, Pulastyidae victori, aratri gestatori, misericordiae propagatori, barbarorum fascinatori, denas formas alternanti, tibi, o Krishna, sit salutatio.

Cant. 2. Globulis mammarum Kamalae recumbens, inauribus ornate, eu, venustis
17. agrestibus sertis coronate, euoe, euoe, deus Hares.

18. Disco iubaris diurni refulgens, mundanae aerumnae exstinctor, eu, piorum menti insidens, lacui Mânasae tanquam olor, euoe, euoe, deus Hares.

19. Destructor Kaliyae, venenosi serpentis, hominum exhilaratio, eu, Yaduïdarum gentem illustrans, ut sol nymphaeas, euoe, euoe, deus Hares.

Madhuis, Murae, Narakae interfector, Garudae insidens, eu, Deûm gen- Cant.
tibus deliciarum caussa, euoe, euoe, deus Hares. 20.

Immaculatae nymphaeae folia oculis referens, mundanarum curarum vindex, 21.
eu, triplicis mundi gaza, adyto custodienda, euoe, euoe, deus Hares.

Janakae filia qui ornatus eras, criminum victor, eu, pugnâ Decemcipitis 22.
sedator, euoe, euoe, deus Hares.

Nitidus instar nubis recens aquosae, qui Mandari montem sublevasti, eu, 23.
Çriyae deae ori inhians, ut Chakôra avis radiis lunae, euoe, euoe, deus Hares.

Pii vatis, Jayadêvae, auspicatorium hoc carmen, ovantium modulis canen- 24.
dum, eu, laetitiam affert, euoe, euoe, deus Hares.

Pectus Madhusûdanae, croco, quod post mammarum Padmae turgidularum 25.
amplexum ei inhaesit, tanquam externo amoris signo, insignitum, ex lassitudine
lascivientis amoris sudore perfusum, expleat vota vobis grata.

Râdham, quae verno tempore peragraverat silvam, membris delicatis Vasan- 26.
tidos flores referens, multiplici instituta Krishnae investigatione, cuiusque morbus
vehementer creverat ob mentis aerumnas ex amoris febri oriundas, cupide allo-
cuta est amica hunc in modum:

»Verno hoc tempore, quo ventus Malayensis imbuitur fragrantia, pulcras Cant.
Lavangarum vitices frequentando; quo umbracula resonant cuculis, apium exa- 27.
minibus admixtis, Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

Verno hoc tempore, quo lamenta proferuntur ab uxoribus viatorum, ebrio 28.
amoris sensu affectis; quo densi Vakularum stipites deprimuntur acervis florum, melliferis examinibus crebrorum, Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

Verno tempore, quo Tamâlae arbores, novis foliorum sertis instructae, 29.
muscum superant hilaritate fragrantiae; quo Kinçukarum reticula spicis aequiparant unguiculos Cupidinis, iuvenilia corda dilacerantis; Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

Verno hoc tempore, quo expansio florum Keçararum aureum refert splen- 30.
dorem umbellae, qua utitur Madanas, orbis terrarum imperator; quo pharetrae lusus, quibus gestit Cupido, factitantur a stilis Pâtalium, apibus circumda-

Cant. 3. tarum, Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

31. Verno tempore, quo teneris Karunis irridendi studium movetur ob aspectum hominum pudibundorum, utpote pulcritudine deficientium; quo regiones omnes dentatae quasi sunt Ketakium floribus, quasi mucronibus pugionum destitutos ferientium; Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

32. Verno hoc tempore, Mâdhavikarum suaveolentia exhilarato, novellis Mâlikis dulcissime odorato, vel animos anachoretarum fascinante, tenerorum adiutore inopinato, Hares heic divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

33. Verno tempore, quo Mangiferae gemmantur et eriguntur amplexu viticum Atimuktarum crispantium, per nemora Vrindâvanae, undis Yamunae vicinas oras circumambientibus lustrata, Hares divagatur, saltatque cum puellarum caterva, o amica, tempore hocce amorifero, desertis aerumnoso.

34. Exsurgunt pii Jayadêvae versus, Haris recordatione omnino referti, amoriferi veris tempore quae sit silvae hilaritas, describentes, amorisque vicissitudines persequentes; amorifero hoc tempore verno destitutis aerumnoso, divagatur Hares, saltatque cum caterva puellarum, o amica.

35. Ventus, odorum advector, Ketakium suaveolentiae socius, lucos odorans spargendo fragrantem pulverem pollinum, in paullisper oscitantium Mallium viticibus tremulorum, urit nunc mentem, sicuti afflatus sagittarum Amoris volitantium.

36. Eheu, quales trahuntur hi dies a viatoribus, in quorum auribus febrem excitat suavis cantus cuculorum, qui lusitant in fronde Mangiferarum, ab apibus diffuso mellis odori inhiantibus concussa. Fruuntur miseri per momenta tantum temporis dulci cum amatis, vitâ carioribus, congressus gaudio per meditationem ad eas intentam.«

---

37. Murarem, iucundissimâ gestientem lasciviâ, studio quo haud unam puellam amplexus sit conspicuâ, e propinquo coram monstrans amica rursus affata est Radham:

Cant. 4. 38. »Santali pulvere corpus nigrum unctus, flavo amictu indutus, agrestibus floribus coronatus, ambas genas inauribus, quorum gemmae hilariter exsultant, ornatus, risibus datus, Hares istic lascivit cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

Quaedam puella pastoralis, Harem cupide multa turgidularum mammarum Cant. 4.
amplitudine amplexa, imitatur quem incinit ille modulum quintum; Hares istic 39.
lascivit cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

Alia puella intente meditatur vultus Madhusûdanae nymphaeam, quae amo- 40.
rem manifestat palpitatione oculorum lascivia tremulorum; Hares istic lascivit
cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

Alia, feminibus laeta, in tempora, erectionem capillorum congruam mani- 41.
festantia, inclinata, quasi quid in intimam aurem insusurrare vellet, osculata est
venuste amatum; Hares istic lascivit cum turba puellarum iuvenantium lasciva,
illecebris dedita.

Quaevis, voluptatis cupida, in ripa Yamunae fluvii, amoenum calamorum 42.
umbraculum versus subtrahit illum manu, arrepta toga; Hares istic lascivit
cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

Festo Râsae die, quo dulcisona tibia concinentem habet armillarum, plausis 43.
palmis concussarum, tinnitum, alia muliercula, saltationis socia, ab Hare lauda-
tur; Hares istic lascivit cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris
dedita.

Hanc amplectitur, illam osculatur, istam venustam exhilarat, unam intue- 44.
tur nitide arridens, alteram sequitur renuentem; Hares istic lascivit cum turba
puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

A pio Jayadêva celebratum mirificum hoc Kêçavae amorum mysterium per 45.
nemora Vrindâvanae delectabile, gloriosum, largiatur vobis felicia; Hares istic
lascivit cum turba puellarum iuvenantium lasciva, illecebris dedita.

Universitati gaudium excitans favore suo, diem Amoris festum inaugurans 46.
artubus mollibus, nigrantibus, serta nymphaearum fuscarum referentibus, bellis
pastorum filiis cupide membratim amplexatis undecunque cinctus, lascivit verno
tempore Hares indiscriminans, haud aliter, o amica, atque Kâmas, novo cor-
pore indutus.

Hodie ventus a collibus Çrîkhandae spirans nivosum petit montem, fatigatus 47.
quasi morsibus serpentum, in cavis Santali truncis habitantium; quidni oscitant
sermones festive altisoni, cuculantes, cuculantes cuculorum laetitia gestientium,
quia conspiciunt gemmata elegantium Mangiferarum cacumina.«

Tutetur vos Hares, qui venuste arridet, dum, in praesentia superciliosarum 48.
pastoralium puellarum, multa Râsae delectatione exsultantium, Râdha, amore

Cant. 4. obcaecata presse pectus eius amplexa, cupide eum osculatur, sese cantum velle laudare simulans dicendo, immo, os tuum nectareum est.

II. Dum Hares silvas pervagatur, inclinationi promiscuae deditus, Râdha, ob
1. neglectam suam praestantiam in aemulationis ditionem delapsa, aliorsum migravit, atque in umbraculo quodam viticomo, murmurantibus apibus resonanti, collapsa, affata est licet misera clam amicam.

Cant. 5. »Cuius avena fascinans personatur cantu dulci instar nectaris a labiis de-
2. flui, eius Haris, oculos revolventis, capite nutantis, genas inauribus pulsantis, recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

3. Cuius caesaries armillata quasi est cauda pavonis gyrata, pulcra tanquam luna curvata, qui nitido amiculo indutus est, sicuti nigra nubes extenso Indrae arcu illustrata, eius Haris recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

4. Qui captus est desiderio ora osculandi plurimarum pastoralium muliercularum feminibus turgidularum, cuius labia, tanquam Bandhujîvae surculi, dulcedine stillant, cuius risus hilaritate nitet, eius Haris recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

5. Cuius lacerti, pilis erectis plurimis, complectuntur, ramorum instar, mille puellarum rurigenarum, cuius ornamenta gemmis distincta, in manibus, pedibus, pectore radiantia, tenebras findunt, eius Haris recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

6. In cuius fronte Santali pulvere pictum Tilakae signum despicatur lunam, nubilorum tegmina intermeantem; cuius thorax misericordiae expers viciniam turgidarum papillarum premit, eius Haris recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat, et me irrideat.

7. Haris nobilis, cuius genae ornatae sunt inauribus, gemmea Makarae forma nitidis, flavo amictu induti, prosequentibus anachoretis, hominibus, Divis, Asurisque praestantissimis cincti, recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat, et me irrideat.

8. Sub Kadambae arboris tegmine congregati, terrores e turbine Kalis aevi oriundos sedantis, quidnì me exhilarantis sensu atque oculis, amore exundantibus, Haris recordatur mens mea, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

9. Forma Madhusûdanae, longe venustissima, pelliciens, a pio vate Jayadêva descripta, conciliet nunc piorum voluntatem recordationi divi Haris. Recordatur mens mea Haris, licet Râsae festivitate lasciviat et me irrideat.

Mens mea incongrua iterum reputat summam quae est in Krishna, virtûtis, Cant. 5.
iram ob perturbationem animi dissuadet, comprobationem induit, delicta dimit- 10.
tit, amoremque fovet erga Krishnam, licet cupide aliis puellis inhiet et me re-
licta lasciviat. Quid faciam?

Mecum, amoris desiderio potita atque elata, absconditum umbraculum in- Cant. 6.
gressa, fac, o amica, ut gaudia carpat variegata Kêçinis interfector generosus, noctu 11.
clam recumbens, mecum, quae regiones circa timide contempler, is qui multa
voluptatis suavitate arrideat.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia variegata 12.
carpat generosus Kêçinis interfector, mecum, quae pudibunda quasi primum cum
eo congrederer, mellifluo risu appeller, is qui centenis dulcibus blanditiis pro-
pitiet, qui indusium feminibus subducat.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia variegata 13.
carpat generosus Kêçinis interfector, mecum, quae nymphaearum torum colam
amplexibus et basiis dedita, is, qui longe sinui meo infusus remanserit, qui
amplectatur et labiorum potionem hauriat.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia carpat 14.
variegata generosus Kêçinis interfector, mecum, quae languide conniveam et las-
situdinis guttis membra lavem, is qui, tempora erectorum capillorum corona
cinctus, eximia delicia ebrius exsultet.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia carpat 15.
variegata generosus Kêçinis interfector, mecum, quae dulcem cuculorum cantum
susurrando imiter, laxos per disiectos cincinnos flores gestans, is qui decreta
codicis Amoris superet et per latum pectus unguiculorum signa praebeat.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia carpat 16.
variegata generosus Kêçinis interfector, mecum, quae gemmeos compedium torques
tinnulos agitem, cinguloque sonoro laxato evoluta sim, is, qui omnem voluptatis
ambitum emensus sit, qui basia det, dum cincinnos arripiat.

Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o amica, ut gaudia carpat 17.
variegata generosus Kêçinis interfector, mecum, quae voluptatis delicias hauriam
et, hauriendo lassa, deiectam corporis viticem sustentandi impotens sim, is qui
oculorum nymphaeis gemmas quasi trudat, et amore exuberet.

Dispertiat felicitatem vobis studium Madhusûdanae plurimum in voluptate 18.
positum, verbis filiae pastoris desiderio oblanguentis illecebrose descriptum, a
pio Jayadêva concinnatum. Mecum amoris desiderio potita atque elata, fac, o
amica, ut gaudia carpat variegata generosus Kêçinis interfector.

Cant. 6. Govindam in silva conspicio, qui tibiam exhilarationis e manibus dimittit,
19. quem multo sudore genarum superficiem lavantem contemplantur intuitu amoris sensum manifestante gregatae puellae, supercilia instar viticum serpentium arcuata gestantes; conspicio eum, qui, me conspecta, ora nectare risus pudibundi exhilarat, pulcrarum turba circumdatus, et gaudeo tamen.

20. Aegre fertur, quae cernitur expansio novarum Açokarum viticum, parvulos flores enitentium; etiam ventus e nemoribus lacui vicinis spirans me urit; ne progenies quidem illa apicata gemmarum in Mangiferis, errantium apium susurro exhilarata, me beat.«

---

21. Aerumnas vestras auferat novus Kêçavas, qui puellarum pastoralium risus, indiciorum plenos, cincinnos discussos et diffluentes, arcus superciliorum superbientium crispatos, humeros, ulnas, manusque astute exhibitas despicit et amatae desiderio obstringitur, longae internae contemplationi deditus, desiderabilis, iuveniliter lascivus.

III. Etiam hostis Kansae, corde fovens Râdham, ut ligamen quo mundanarum
1. imaginationum allectationes vinciantur, reliquit pulcras bubulcorum filias.

2. Râdha huc illuc quaeritata, saucio trahens pectore vulnus sagittarum amoris, Mâdhavas umbraculum in extrema Kalindeidos ripa ingressus consedit.

Cant. 7. »Me mulierum turba circumdatum tuita, abiit illa, neque a me ob delic-
3. torum conscientiam valde timido impedita est; eheu, eheu, abiit tanquam iracunda ob neglectum sui cultum.

4. Quid faciet? quid dicet illa ob longam separationem? quid mihi opibus? quid comitatu? quid vita? quid domo? eheu, eheu, abiit tanquam iracunda ob neglectum sui cultum.

5. Meditor vultum eius, supercilia ob iram multam incurvantis, veluti nymphaeam rubram ape insuper errante agitatam; eheu, eheu abiit tanquam iracunda ob neglectum sui cultum.

6. Eam cordi insidentem ego nullo non tempore summopere foveo; quid per silvam hancce quaero eam? quid frustra queror? eheu, eheu abiit tanquam iracunda ob neglectum sui cultum.

7. O tenera, intelligo cor tuum aestimationem iniquam aegre ferre; ideo non quaero, ubi iveris, ideo te non studeo reconciliare; eheu, eheu abiit tanquam iracunda ob neglectum sui cultum.

Versari videris coram, adventum et digressum instituens; cur non praebes, Cant. 7.
ut olim, cupide amplexum? eheu, eheu abiit tanquam iracunda ob neglectum 8.
sui cultum.

Ignosce! iterum tale quid tibi nunquam inferam, praebe mihi aspectum 9.
tuum, amore uror. Eheu, eheu abiit tanquam iracunda ob neglectum sui
cultum.

Descriptum est hoc a Jayadêva, Haris adoratore, e Kinduvilvae oceano 10.
exsurgente, Rohinîdis coniugi, Luno, simili. Eheu, eheu abiit illa tanquam
iracunda ob neglectum sui cultum.

In pectore est ornamentum ex fibrarum filis nexum, non crista serpentis; 11.
in collo folia nymphaearum serta, non splendor veneni; pulvis Santali hic est,
non cineres; noli, Amor, saevire in me, amata privatum, Haram me opinatus;
quid me ira petis?

Noli manu prendere sagittam Mangiferae, noli arcum lunare, o tu, qui lu- 12.
dens universitatem rerum vincis. quid virtutis inest in feriendo homine deiecto?
Mens mea obruta iam turbine sagittarum a limis illius pulcerrimis oculis voli-
tantium, o Amor, vel hodie ne minime quidem reviviscit.

Surculus superciliorum arcus est, lumina aspectu exsultantia sagittae, aurium 13.
margo chorda. Cur suppeditata sunt ab Amore, huius rei memori, arma mundi
victricia puellae, quae incedit, tanquam divina omnipotentis Amoris imago.

In arcu superciliorum imposita oculorum sagitta progignat aerumnam mem- 14.
brorum; nigrae indolis, tortuosusque cincinnorum complexus agat facinora Amo-
ris; labia Bimbae similia, ardore imbuta, age, o teretiformis, extendant fascina-
tionem; cur autem fit, ut bene rotundi mammarum globuli tui ludant vitâ meâ?

Licet dulci illo tactu, volitantibus, mollibusque illis aspectus errationibus, 15.
suaveolentia illa nymphaeae vultus, flexione illa sermonis nectariflui, illa labio-
rum Bimbae fructui parium suavitate attrahantur sensus cuncti, eheu, quo fit
tamen, quum illa (Râdha) contemplationis vinculo mentem obstringat, ut talis sit
aegritudo separationis?«

Salutem vobis longe largiantur undabundi quasi aspectus Madhusûdanae, 16.
non percepti a millibus muliercularum, ad modulos cantus a tibia profecti atten-
tione direptarum, dum ille collum inflectit, capite nutat, inauria agitat, clam
autem defixus haeret oculis placide et large expansis in dulci Râdhae vultu,
lunae simili.

IV. Mâdhavam, umbraculum calamorum in ripa Yamunae tarde ingressum, vi
1. amoris obrutum, alloquuta est amica Râdhae:
Cant. 8. »Despicit Santalum, radium lunae putat incommodum aegre ferendum, Ma-
2. layae ventum venenum censet ob frequentationem locorum, quibus habitant serpentes, illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

3. In vitali cordis parte, ut te a sagitta Amoris crebro volitante tutetur, magnam facit loricam e reticulo foliorum nymphaearum, guttis aquae madidarum, illæ, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

4. Floreum parat lectum ex acervo telorum dei floriiaculi, tanquam votum te amplectendi caussa institutum, magnarum deliciarum comparatione amoenum; illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

5. Gerit generosam vultus sui nymphaeam, in quam nubis instar oculus infundit humorem, tanquam lunam, cuius nectareum flumen stillatur morsu dentium draconis immanium; illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

6. Clam te pingit musco, quasi tu factus esses Deus, crudelis iaculator; genua inflectit, Makaram coram deponens, et quam manu tenebat, novae Mangiferae sagittam, illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

7. Identidem haec profert verba: »o Mâdhava, tuos amplexa sum pedes; quamdiu tu propitius non es, etiam nectarifluus lunae radius mihi excitat corporis febrim,« illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

8. Te, nactu difficillimum, meditationi immersa coram se imaginata, queritur, ridet, defetiscitur, lacrimat, tremiscit, algorem et ardorem alternat; illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

9. Si saltatio instituenda est hilariter, recitandus est maximopere hic sermo tenerae puellae, Haris absentia cruciatae, a Jayadêva, pio vate, concinnatus. Illa, o Mâdhava, misera ob tuam absentiam, imaginatione immergit sese tibi, quasi refugio, Cupidinis sagittis tremefacta.

10. Habitatio ei instar silvae ferae est; suavium amicarum orbis more cassis angit, gemitus ardore aequiparant conflatas incensae silvae flammas; illa ob tuam

absentiam timidae dorcadis speciem induit atque Kandarpas saeviens in eam,
veluti tigris, agit partem Dei mortiferi.

Sinui impositum nobile gemmarum strophium illa onus censet corporis Cant. 9.
macerati, Râdha, in absentia sua, o Kêçava. 11.

Delectabilem et mollem Santali pulverem in corpore suo intuetur illa pa- 12.
vide, tanquam venenum, Râdha, in absentia tua, o Kêçava.

Spiritus gemituum ultra modum largos ducit aestuantes, amoris flammis si- 13.
miles, Râdha, in absentia tua, o Kêçava.

Quaquaversus spargit oculorum nymphaeas, cinctas reticulo quasi guttarum, 14.
caule fracto, Râdha, in absentia tua, o Kêçava.

Lectum Loti foliis stratum, licet in conspectu positum, opinatur formam 15.
ignis candescentis, Râdha, in absentia tua, o Kêçava.

Manuum palmas non removet a genis, iuvenescenti lunae vespere immo- 16.
bili similibus, Râdha, in absentia, tua, o Kêçava.

»Hares, Hares« ita murmurat cupide, ob separationem morti iam prorsus 17.
devota, Râdha, in tua absentia, o Kêçava.

»Pii Jayadêvae versus sunt« ita canenda cantilena beet initiatos, Kêçava fre- 18.
tos, Râdha dolet absentiam tuam, o Kêçava.

Illa comam erigit, eiulat, lacrimat, contremiscit, moeret, meditatur, errat, 19.
connivet, collabitur, surgit, sui non conscia fit; in tali tamen amoris febri,
corpore nitidissima quidni viveret desiderio tui, si tu, divino medico similis,
propitiarere. Sin minus, deest sustentaculum.

Nisi tu desiderabilis, ut medicus numinum, eam aegrotam, solo tui cor- 20.
poris, tanquam ambrosiae, tactu sanabilem, liberabis ab aerumna, crudelior
eris fulmine Upêndrae.

Mirum est quantum mens eius languescat Santali, lunae, nymphaearum co- 21.
gitatione; corpus iam longe uritur tormento febris amoris; veruntamen, patiendi
docilis, solitudinem colens, te solum, amatum, tanquam corporis refrigerium
meditata, licet tabida, quantillum tempus spirabit.

Quae antea ne per momentum quidem temporis absentiam a te passa est, 22.
immo aegre tulit nullum tuorum oculorum aspectum, quantopere gemit illa ho-
die ob longam seiunctionem, intuita ramos Rasâlae, foliis spicatos?«

Cant. 9. »Beatitudinem ad vos extendat bubulci Kansicidae lacertus, qui, pluvia de-
23. fectorum armentorum bubulorum salvandorum caussa, Govardhanam montem eradicavit et in altum sustulit, qui, ab uxoribus pastorum prae gaudii magnitudine basiatus, a labiis extremis feminarum exsultantium sibi impressis contraxit signa minii.

V. »Ego heic maneo, i, propitia Râdham, fac, ut huc veniat a me rogata«
1. ita demandato ab hoste Madhuis negotio, meavit amica, Râdhamque ultro affata est.

Cant. 10. »Spirante a montibus Malayae Favonio, Amorem secum advehente, gem-
2. mascentibus florum catervis, quibus feriuntur corda seiunctorum, tabet te privatus ille, o amica, silvestri corona ornatus.

3. Urente radio lunae, morientis speciem gestat, dum devolant sagittae Cupidinis, queritur longe miserrimus, tabet te privatus ille, o amica, silvestri corona ornatus.

4. Murmurante apium turba, aures manibus operit, aegritudo ob separationem mente potitur, noctu febrim subit, tabet te privatus ille, o amica, silvestri corona ornatus.

5. Degit in vasta silvarum solitudine, relinquit domum iucundam, humi volutatur, alio lecto non usus, multumque nomen tuum questus, tabet te privatus ille, o amica, silvestri corona ornatus.

6. Canente Jayadêva vate seiunctorum dolores, exoriatur in animo gaudiis expanso Hares, piis operibus obtinendus; tabet te privatus ille, o amica, silvestri corona ornatus.

7. Ubi quondam tecum nactus est sagittiferi Dei perfectiones, in eodem umbraculo, magno Amoris sanctuario, Mâdhavas, te meditans, identidem murmurans tui nominis invocationem, tanquam carmen magicum, denuo sitit nectar, ex amplexu urnarum pectoris tui presso hauriendum.

Cant. 11. Conveni eum, dominum cordis tui, congressus loco, voluptatis deliciis di-
8. tissimo, iam manentem, vestitus elegantiâ Cupidini parem; noli, o feminibus laeta, eundi cunctationem facere; manet ille in Yamunae ripa, molliter ventilata, in silva, silvestribus floribus coronatus.

9. Canit dulcisona tibia, tuum nomen repetente, invitationem modulante; magni aestimat, o tenera, vel pulverem, tuo corpore contactum, a vento allatum; manet ille in Yamunae ripa, molliter ventilata, in silva silvestribus floribus coronatus.

Ex avium volatura, foliorumve casu tuum adventum suspicatus, lectum ador- Cant. 11.
nat, viamque tuam oculis dubitantibus perlustrat; manet ille in Yamunae ripa, 10.
molliter ventilata, in silva, silvestribus floribus coronatus.

Remove sonoram compedem inconstantem, tanquam hostem amoris prodito- 11.
rem; festina, o amica, ad umbraculum, tenebris cumulatum, pallium indue
fuscum; manet ille in Yamunae ripa, molliter ventilata, in silva, silvestribus flori-
bus coronatus.

Pectori Krishnae, baccarum hypothymiade ornato, infusa, quasi nubilo, ca- 12.
tervis gruum circumvolitato, fulmen, splendebis, o flava, in inversa venere, o tu
quae adepta es praemium bene factorum; manet ille in Yamunae ripa, molliter
ventilata, in silva, silvestribus floribus coronatus.

In toro floreo femur, indusio elapsum, cesto solutum, impositum imperti 13.
ei, cuius oculi nymphaeas referunt, tanquam thesaurum, gaudiorum promum;
manet ille in Yamunae ripa, molliter ventilata, in silva, silvestribus floribus
coronatus.

Hares impatiens est, etiam haec quae nunc est, nox desinet; age, morem 14.
gere meo sermoni, exple desideria Murâris festinabunda profectione; manet
ille in Yamunae ripa, mollitur ventilata, in silva, silvestribus floribus coronatus.

Dum loquitur Jayadêvas, Haris adorator, verba summopere delectabilia, 15.
salutate cordibus hilaribus Harem longe misericordissimum, bene factis amandum;
manet ille in Yamunae ripa, molliter ventilata, in silva, silvestribus floribus
coronatus.

Multa ducit suspiria, plagas coram iterum iterumque contemplatur, umbra- 16.
culum saepe intrat murmurans, multum languet, saepe lectum adornat, pertur-
batis oculis saepe circumspicit, amoris cruciatu tabidus, o amata, amasius tuus
versatur.

Una cum tua perversitate acer solis radius occasu sit absconditus; una 17.
cum desiderio Govindae advenit tenebrarum densitas; exhortatio mea, gravi
modulo adaptata, similis est lugubri Chakravakarum avium clamori; ideo, o im-
provida, infructuosa est cunctatio; ecce iucundum adest momentum amasii se-
quendi.

Post amplexum, post osculationem, post scalpturam unguiculis factitatam, 18.
post excitationem cupidinis, post festinationem, post inchoatam voluptatem,
quodnam laetitiae pudore temperatae genus tenebris non carpitur a maritis, in-
vicem sese amantibus, ad alias res allectis, cupide iterum congregatis, ser-
mocinatione sese recognoscentibus.

Cant. 11. Te, timidis tremulis luminibus tenebrosum tramitem collustrantem, ad
19. quamquam arborem identidem subsistentem, lente pedes trahentem, qualicunque modo demum clam adventantem, membris amore exundantibus, te, o pulcra hilariter arridens, conspiciens amasius nanciscatur expletionem votorum.

---

20. Longe te tutetur filius Dêvakîdis, pulcro Râdhae vultui inhaerens, ut nymphaeac apis, sapphirus illa digna, quae largae trium mundorum fronti ornandae inserviat, ponderosae telluris usque finem sustentator, pulcrarum rurigenarum puellarum arbitrio liberarum animos exhilarans, aeque atque crepusculum, destructor Kansae instar flammae fumigerae.

VI. Deinde, quum eam in viminali umbraculo considentem, eundo imparem,
1. diu iam desiderantem, conspexisset, amica eius statum Krishnae, amore languenti, declaravit:

Cant. 12. »Clam opinatur te quaquaversus conspicere, mel labiorum suorum dulce
2. haurientem, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
3. Laetitiâ ob tuum adventum vacillans, quotoscumque gradus ductitans, collabitur, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
4. Armillas ex albidis foliis, fibrisque factas induens, vivere pergit sola tui amoris recordatione, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
5. Saepe ornamentorum facetias intuita hanc colit imaginationem: »ego sum hostis Madhuis« o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
6. »Cur non festinat Hares ille ad locum designatum« sic alloquitur iteratis vicibus amicam, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
7. Amplectitur, basiat caliginem amplam, nubis forma indutam, clamans, Hares iam adest, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
8. Te tardante, pudoris oblita, queritur, lacrimat, domicilio adstricta, o domine Hares, Râdha illa, quae languet domicilio detenta.
9. Sermo hic pii Jayadêvae hilaritate impertiat amatoriam gentem, o domine Hares, Râdha illa languet domicilio detenta.
10. Amplam erectorum pilorum seriem exhibens, balbutiente voce verba, suspiriis pinguia, interno rigore obstructa, profert, atque amoris erga te, o deceptor, cogitatione abrepta, oceano dulcium imaginationum immersa, meditationi sese tradit illa, quae oculis dorcadem aequiparat.

Membra ornamentis induit, foliis vento saepenumero agitatis, te adventare Cant. 12.
suspicatur, torum praeparat, longe meditatur; eum in modum ornatione, dubi- 11.
tatione, lecti praeparatione, centenis meditationum illecebris licet occupetur,
sine te noctem haudquaquam supervivet pulcerrima.«

»Quid tardas in silva, nigris serpentibus plena, sub arbore Bhândîrae, o 12.
frater? cur non petis laetam Nandae domum in conspectu positam?« Haec Râdhae verba ex ore viatoris recepta quum coram Nanda repetiisset Govindas, praevaluere orationes, significatione hospiti sero divertenti benivola refertae.

Interea luna, pulcras suas maculas manifestans, quasi notas criminis, itinere 1.
multarum secutuleiarum impedito commissi, plagarum quasi puellarum faciei imposita, tanquam figura frontalis, Santalo picta, illustravit nemora Vrindâvanae intima reticulis radiorum.

Imagine lunae procedente, retardato Mâdhavae adventu, Râdha, mente 2.
perturbata, multiplici facta lamentatione, cruciatus suos clara voce proclamavit:

»Eheu, eheu, ne designata quidem hora Hares lucum adiit, iuventas haecce Cant. 13.
mea, fructibus digna, infructuosa remanet; quid nunc perfugii relictum est mihi, 3.
amicae sermone deceptae?

Cuius sequendi caussa vel silvarum solitudines a me visitatae sunt, ab illo 4.
hodie hoc cor meum sagittis amoris perfoditur; quid nunc perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

Praestat sane mori; quid heic corpore iam nimis debilitato separationis flam- 5.
mam perpetior demens? quid nunc perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

Me, eheu, verna nox dulcis languefacit. Alia quaedam muliercula, ob bene 6.
a se acta dilecta, Hare fruitur. Quid perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

Eheu, eheu, ego cui toleranda est flamma doloris ob absentiam Haris, reor 7.
etiam gemmea haec ornamenta, armillas cum ceteris, summopere esse malefica. Quid perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

Immo serta cordi imposita memet, quae flores teneris membris aequiparem, 8.
interimunt imitando sagittas dei incorporei, crudelitate magnopere gaudentis. Quid perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

Cant. 13. Ego heic moror, vel arundinum nemoris incuriosa. Ne cogitatione quidem
9. recolit me Madhusûdanas. Quid perfugii relictum est mihi, amicae sermone deceptae?

10. Vatis, cui sub pedibus Haris refugium est, Jayadêvae Musa, molles numeros modulata, insideat in corde, veluti puella amata. Quo quaeram, eheu, nunc refugium, amicae sermone decepta?

11. Sequiturne nunc amicam quandam? detinentne eum amici, iucundis lusibus dediti? pervagaturve viciniam silvarum, noctis caligine coopertarum? num dilectus, anima lassus, breve iter perficere non valuit, siquidem amoenum calamorum umbraculum, congressui designatum, nondum adiit?«

12. Râdha amicam sine Mâdhava adventantem, moestitia silentem conspiciens, amasium, hominum votis expetitum, alia puella allectum rata, haec dixit, quasi ante oculos eum tuita:

Cant. 14. »Vestibus induta, quibus decet pugnam Amoris inire, dispersos flores per
13. discussos capillos gerens, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

14. Haris amplexu generatis amoris vicibus fruens, super papillarum urnis unionum strophium agitans, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

15. Faciei lunam cincinnis circumvolitantibus nitefaciens, in voluptate potionis ex eius labiis hauriendae morata, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

16. Inauribus concussis genas feriens, femorum cingulo sonororum agitatione oscillans, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

17. Risum pudore temperans, quum intuetur amasius, voluptatis cantum multis modis susurrans, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

18. Tota capillis erecta, large suspirando quasi fracta, spiritu et nictatione voluptatem palam faciens, quaedam puella, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

19. Multis sudoris guttis corpus laetificans, in sinum collapsa, licet strenua in proeliis Amoris, puella quaedam, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

20. Voluptates Haris, a pio Jayadêva descriptae, sedent illuviem Kalis aevi; quaedam puella, virtutibus laetior, ab hoste Madhuis delectatur.

21. Luna, cuius nitor pallidus est tanquam nymphaea vultus Krishnae, separationem dolentis, valde auget, eheu, in corde meo amoris febrim, rationemque obscurat, auxiliatrix Cupidinis.

Vultum amatae, voluptate exhilaratum, labia ad osculationem conglomeran- Cant. 15.
tem, ornat ille, capillos erectus, in fronte musco pingens Tilakam, tanquam 22.
leporis imaginem in luna; lascivit nunc in nemore insulae, Yamuna circumfluae,
victoriosus Murae hostis.

In nodis comae qua circumfluitur vultus puellae, emicantibus quasi e nu- 23.
bilis coacervatis, tanquam in luco dorcadis ceu Amoris, figit Kuruvakae florem
coruscantem, veluti fulmen; lascivit nunc in nemore insulae, Yamuna circumfluae,
victoriosus Murae hostis.

In firmo geminarum papillarum coelo, quod musci fragrantia inductum, et 24.
unguium vestigiis quasi cornibus lunae ornatum est, hypothymiada unionum,
stellarum congregationi similem, iungit; lascivit nunc in nemore insulae, Yamuna
circumfluae, victoriosus Murae hostis.

In brachiis mollibus, fragmina fibrarum mollitie superantibus, in manus 25.
quasi in folia nymphaearum desinentibus, nivis instar frigidulis, expandit armil-
las smaragdineas, tanquam geminum apum examen; lascivit nunc in nemore in-
sulae, Yamuna circumfluae, victoriosus Murae hostis.

Femina, domicilium amoris, thronum dei mentigenae, coxis turgentia, 26.
induit amiculo, circumdatque zona gemmis distincta, fibulas indignata; lascivit
nunc in nemore insulae, Yamuna circumfluae, victoriosus Murae hostis.

Nymphaeam pedis, unguibus ceu gemmis ornatam, cordi suo, quo Kamala 27.
habitat, impositam, induit fuco Yâvakae, quasi tegimento externo; lascivit nunc
in nemore insulae, Yamunae circumfluae, victoriosus Murae hostis.

Dum frater vafri Haladharae summopere delectat pulcricomam quandam, 28.
quid tam longe ego frustra et laetitiae inops morata sum heic in gremio vimi-
neti? dic, o amica. Lascivit nunc in nemore insulae, Yamuna circumfluae,
victoriosus Murae hostis.

Ne degant mala ex aevo Kalis genita in rege vatum, Jayadêva, praecone 29.
virtutum Haris, interprete amorum, adoratore pedum Madhusûdanae. Lascivit
nunc in nemore insulae, Yamuna circumfluae, victoriosus Murae hostis.

Si fallax ille, misericordiae expers, o amica, non advenit, tu, nuncia, ani- 30.
mo cur angeris? Si amasius ille pro libito divagatur, quid in eo a te pecca-
tur? Ecce, mens mea, dilecti virtutibus attracta, quasi erumpens, quippe de-
sideriis nimis vexata, ipsa nunc obviam ibit, ut conveniat eum.

Non uritur illa in lecto nymphaearum recubans, quae exhilaratur, o amica, Cant. 16.
ab illo, qui agresti corolla cinctus, oculis refert nymphaeam fuscam, vento 31.
agitatam.

Cant. 16. Non perfoditur illa Amoris spiculis, quae exhilaratur, o amica, ab illo,
32. qui, agresti corolla cinctus, vultu nitet pulcro, tanquam aquigeno flore expanso.

33. Non uritur illa vento e Malaya spirante, quae exhilaratur, o amica, ab illo, qui, agresti corolla cinctus, vocem modulatur dulciorem melle nectaris.

34. Non volutatur illa, radio lunae conspecto, quae exhilaratur, o amica, ab illo, qui, agresti corolla cinctus, manus pedesque nactus est splendentes tanquam terrigenas nymphaeas.

35. Non perforatur nimio destitutionis dolore cor eius, quae exhilaratur, o amica, ab illo, qui, agresti corolla cinctus, nitet, ceu nubes, quae oritur aquis dives.

36. Non gemit illa ob risum amicarum, quae exhilaratur, o amica, ab illo, qui, agresti corolla cinctus, vestes induit fulgentes instar auri, lapidi Lydio appositi.

37. Non secum trahit febrim illa, quae exhilaratur, o amica, ab eo, qui, agresti corolla cinctus, in universo mundo omnium iuvenum est praestantissimus, summopere misericors.

38. Hoc sermone a pio Jayadêva recitato, intret animum etiam Hares; illa exhilaratur, o amica, ab eo, qui agresti corolla cinctus est.

39. Eheu, vente, Santali fragrantiam spirans, Amorem, incorporeum deum, delectans, propitiare; dimitte, o probe, perversitatem; per momentum tantum temporis si Mâdhavam coram me posueris, o spirite mundorum, spiritum meum, age, auferas.

40. Quo digresso, consociatio cum amicabus instar hostis, frigidus ventus instar flammae, radius lunae nectareus instar veneni, mentem meam angit, ad eum misericordiae inopem iterum cor meum, quasi vi quadam, attrahitur. Certe amor crudelis volens est puellarum tyrannus.

41. Morbo afficias, vente Malayensis, animam auferas, sagittifer quincuplex; domum profecto ego non revisam; cur tibi misericordia est, o soror fati, Yamuna? membra inunda flumine, ut sedetur corporis incendium.«

---

42. Veneramur ad malorum depulsionem nymphaeam pedis almi Govindae, pedis, in quo apes illustrantur a sapphiris frontalibus congregatorum coelicolarum, Indrae ceterorumque, laetitia ovantium et more venerabundorum alacriter prostratorum, pedis, qui sponte inundante amoena mellifllua Mandâkinidos lympha tingitur.

Qualicunque dein modo nocte transacta, indignabunda interpellavit illa, VIII.
licet Amoris sagittis perfossa, mane amasium coram blanda voce propitiantem et 1.
ad pedes prostratum:

»Oculus tuus, colore vigiliarum nocturnarum longarum rubicundo tinctus, Cant. 17.
pigre nictans, manifestum ostendit studium, quasi tincturam amoris, quo in aliam 2.
flagres. Proh, apage, vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem
proferre; sequere, o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae
maestitiam tuam tollit.

Rubra dentium indusia, labia tua, quibus nigrities contracta est e suavia- 3.
tione oculorum collyrio caeruleo tinctorum, praebent, o Krishna, speciem cor-
pori tuo congruam. Proh, apage, vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermo-
nem fallacem proferre; sequere, o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande,
eam, quae maestitiam tuam tollit.

Corpus tuum, serie morsuum acribus unguibus in amoris proelio infli- 4.
ctorum, distinctum, exhibet quasi litteras ad victoriam Cupidinis proclaman-
dam, versiculis aureis in lamina smaragdea scriptas. Proh, apage, vah,
Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere, o nymphaeae
aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

Cor tuum generosum, rubicundo fuco, e nymphaea pedis amatae stillato, 5.
tinctum, exhibet quasi extrinsecus recentem arboris amoris foliaturam. Proh,
apage, vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere,
o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

Vestigia morsuum, tuis labiis impressa, animum meum afficiunt dolore; 6.
proclamat profecto istud corpus tuum hodie inseperabilitatem nostram. Proh,
apage, vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere,
o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

Mens tua, o Krishna, extrinsecus quasi manifestata, etiam magis maculosa 7.
apparebit; quo fallere potuisti gentem devotam, febri Amoris vexatam? Proh,
apage, vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere,
o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

Pervagaris tu silvas, ut teneras puellas devores; quid miri est? Pûtanikâ 8.
proclamat, iam infantiam tuam nece mulierum fuisse insignitam. Proh, apage,
vah, Mâdhava, apage, Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere, o
nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

Audite lamentum puellae humiliatae, voluptatum falsae, a pio Jayadêva 9.
concinnatum, dulce instar nectaris, o sapientes, quale vix in domo divorum

Cant. 17. possit audiri. Proh, apage, vah, Mâdhava, apage Kêçava, noli sermonem fallacem proferre; sequere, o nymphaeae aquigenae oculis aequiparande, eam, quae maestitiam tuam tollit.

10. Quum pectus istud tuum, rubescente umbra inductum, conspicio, quasi amoris signo extra emicante, quippe fuco ex amatae pedibus decerpto imbutum, infandum mihi movet aspectus tuus pudorem, ob rupturam magni mei amoris erga te promulgatam, o deceptor.«

---

11. Mundis gaudio sit Nandae filius ille, qui, hilaris, hilari ore arridens, limum oculorum intuitum in vultu Râdhae defigit, dum libere quassatisque membris irridet amicarum orbis, mane conspicientium sinum Râdhae flava toga amictum, amasiumque eius divinum fusco pallio indutum.

IX.
1. Eam deinde, amore ustam, voluptatis gaudiis privatam, maestitia affectam, Haris facinora meditantem, ira obrutam, affata est clam amica:

Cant. 18.
2. »Hares appropinquat, spirante Favonio; maior quae est hac, o amica, in mundo felicitas? Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

3. Cur infructuosos reddis globulos papillarum, voluptate repletarum, palmarum fructibus graviorum? Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

4. Quoties dictum hoc non repetivi: noli repudiare Harem, summopere nitidum. Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

5. Quid ita maeres, lacrimas, irrita? irridet te totus amicarum coetus. Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

6. In lecto, foliis nymphaearum guttis stillantium strato, conspice Harem; oculos fac tuos fructiferos. Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

7. Quid moves aerumnam talem menti? Morem gere sermoni meo, seiunctionem dissuadenti. Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

8. Adeat Hares, multa blanda dicat; quid ipsa cor tuum ira conflictas? Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

9. Haris facinora, longe pulcerrima, a pio Jayadêva descripta, beatitudine afficiant amatoriam gentem. Age, o iracunda, irae in Mâdhavam noli indulgere.

10. Siquidem devotum obiurgas, prostratum pertinaciter repudias, amantem odisti, vultumque avertis a blande adspiciente, o amica: ideo par est, ut sit

tibi, perverse agenti, pulvis Çrîkhandae instar veneni, luna refrigerans instar Cant. 18.
solis ardentis, nix instar flammae, voluptates Amoris instar tormentorum.«

Dispellat infelicitates vestras Kansicidae tibiae ille cantus, qui pulcris puellis 11.
est pro magna incantatione, qua intimus sensus fascinetur, qua capita in gyros trahantur, qua tremuli Mandârae flores discutiantur, qua renuentes attrahantur, qua oculi exhilarentur; cantus ille, quo franguntur aerumnosae repulsu difficiles angustiae coelicolarum, superbientibus Dânavis tremefactorum.

Interea illam facie hilarem, lenioris irae imperio obtemperantem, infinita X.
suspiria ore continendi impotentem, adiit, vesperascente die, Hares, eamque, 1.
pudibundo intuitu vultus amicarum perlustrantem, affatus est verbis, prae gaudio singultantibus:

»Quodcunque dices, dispellet nitor dentium, ceu lunae, tenebras timoris Cant. 19.
mei summopere horrentes; luna faciei tuae excitabit Chakôram avem labii, ut 2.
inhiet nectari in ore tuo stillanti; o amica, pro comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

Si vere iracunda es in me, o pulcre dentata, inflige mihi ictus sagittarum 3.
oculorum pungentium; iunge vincula brachiorum, praebe morsiunculas dentium vel qua alia re excitetur laetitia; o amica, pro comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

Tu es votum meum, tu ornamentum, tu margarita oceani huius mundani; 4.
sis tu, precor, semper mihi in hac existentia propitia; summum id est cordis mei studium; o amica, pro comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

Oculus tuus, o tenera, licet fuscae nymphaeae colorem referens, tenet 5.
adhuc speciem loti rubrae; congruus esset color, si Krishnae favere velles suscipiendo partem sagittarum dei floriiaculi; o amica, prae comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

Emicent supra pectoris urnas gemmae strophio ligatae, irradientque cordis 6.

Cant. 19. tui regionem; sonet cingulum circa femora turgida, et proclamet iussa Amoris; o amica, prae comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

7. Dic, o dulciloqua, pedisne tui nymphaeam, terrestrium lotorum dedecorationem, faciam illustrationem cordis mei, pulcerrimumque in scena voluptatis ornamentum? faciamne, ut stillet ea atque niteat rubicundo Alaktae fuco? o amica, prae comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

8. Impone generosum surculum pedis, amore progenitos dolores frangentis, capiti meo tanquam ornamentum; quae saevit in me immanis flamma, ictibus Cupidinis irritata, ab ea excitatam febrim remove. O amica, prae comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

9. Quo Murae hostis Râdham exhortatus est, sermo hic lepidus, blandiens, idoneus, facetus, voce vatis Jayadêvae, coniugis Padmâvatidos, recitatus, exsultat, felicitate donans. O amica, prae comitate moris tui, relinque iram in me, ratione indigam; identidem flamma amoris urit animum meum; praebe mellifluam potionem nymphaeae oris tui.

10. Dispelle, o irata, suspicionem, siquidem mens haec semper occupatur a te, quae papillis, feminibusque turges, nec locum praebet apud se alii. Praeter incorporeum deum nemo dignatur introitu in hoc cor meum; age, dona facultate, qua liceat mihi, papillas tuas laetas amplecti.

11. O lepida, afficere velis, rogo, me morsu dentium inexorabili, vinculis brachiorum circumplicantium, angore papillarum prementium; ipsa, o iracunda, para tibi hanc laetitiam, ut spiritus mei interimantur vulneribus sagittarum ab Amore carnifice iactarum.

12. O tu, quae vultus nitore lunam superas, supercilia tua tortuosa emicant tanquam ater serpens horrendus, quo iuvenes fascinantur; verum ad timorem inde ortum frangendum exstitit iuvenibus nobis remedium consummatum, nectar vini labiorum tuorum.

13. Silentium tuum irritum, o tenera, me dolet; quintum incine modulum, o puella, dulci alloquutione; dispelle aspectu tuo cruciatum; exue, o pulcerrima, nunc aversationem; noli me frustrare. Ipse ego, amasius tuus, tibi maximopere devotus, o amata, adii.

Os tuum affine est splendori Bandhûkae; molles tuae genae, o iracunda, Cant. 19.
nitent tanquam flores Madhûkae; oculi spargunt venustatem nymphaearum cae- 14.
rulearum; nasus seriem calycum Tilae exhibet, o amata, cuius dentes Jasminos referunt. Hercle, vincit universum mundum deus floriiaculus mutuando flores vultus tui.

Languent voluptate oculi tui, vultus spargit radiationem lunae,* incessus 15.
mentem hominum delectat, femur utrumque laete sese pandit, illecebrae tuae plenae doctrina sunt, supercilia sunt variegata imaginum pictura; ecce, tenes, o puella, iuventam coelicolam in terram de coelo delatam.«

Vos benignitate dignetur Hares pugnâ congressus cum Kuvalayâpîda ele- 16.
phanto, cuius frontali globulo in mentem revocabantur turgidulae Râdhae papillae; in qua pugna qui temere elatus est a Kansa triumphalis victoriae clamor, dum sudavit paullisper Krishnas et nisus est, mox, deiecto elephanto, cessavit.

Postquam longe blandis verbis reconciliaverat Kêçavas amatam hinnuloculam, XI.
ad umbraculum reversus est, splendido vestitu indutus, lectumque coluit. Vesper 1.
deinde, fur visuum, quum proserperet, Râdham, splendido ornatu instructam, aegritudine liberam, exhortata est quaedam:

»Qui blanditiis lepidam orationem instituit, qui genua tua advolvit, et nunc Cant. 20.
torum oblectamentorum colit in gremio dulcium Açôkarum; eum sequere, o 2.
pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

Tu, quae turgido feminum mammarumque onere es praedita, accede lente 3.
serpentibus pedibus, cingulo gemmeo tintinniente, exhibe incessum cygni; sequere eum, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

Ausculta cantui Madhuicidae maxime delectabili, iuvenilem gentem fasci- 4.
nanti, dum catervae lusciniarum proclamant imperium divi, floribus vulnerantis. Sequere eum, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

Viticum multitudo, manibus quasi utens congregatis lotis, vento agitatis, 5.
exhortatur ad eundum temet, quae hinnulum elephantinum feminibus refers; desine tardare, sequere, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

Quaere ex vasculis istis mammarum, quae repleta sunt guttis liquoris lim- 6.
pidi, instar lucentis unionis pectori impositi, annon redundent quasi impulsu

Cant. 20. Amoris atque amplexum Haris praesagiant. Sequere, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

7. Corpus hocce tuum, ab omnibus amicis curatum, accinctum est ad pugnam Amoris; abiice pudorem, adi alacriter, o cupida, dum zona insonat ceu tympanum, conflictationis incitamentum. Sequere, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

8. Iucunde acclinata in amicam manibus, quae Amoris sagittas feliciter aequiparant, festina, et excita armillarum sonitu Harem, qui eidem, cui tu, desiderio inhiat. Sequere, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

9. Sermo pii Jayadêvae, quo reprimitur rixa, quo removetur perversitas, incessanter occupet ora eorum, qui animum Hari devovent. Sequere, o pertinax, Madhuis interfectorem, tibi devotum.

10. »Illa me videbit, amoriferis verbis me alloquetur, membratim amplexando laetitiam nanciscetur, delectabitur illa mecum congressa« hanc cogitationem colens, o amica, amasius tuus circumspicit, contremiscit, pilos erigit, laetatur, sudat, obviam it, turbatur in umbraculo, stabilibus tenebris cooperto.

11. Collyrium oculis, auribus serta florum Tamâlarum, fronti taeniam fuscarum nymphaearum, papillis figuram musco pictam imponens caligo, quodcunque amplectitur membrum puellarum callidarum, secutuleiarum, corde festinatarum.

12. Nox haec, foliis Tamâlae longe atrior, per quam undecunque radiantibus puellarum monilibus lamina quasi aurea extenditur, tanquam lapis Lydius, experimentum facit amoris in secutuleiis, quarum corpora Kâçmîrensi croco similia sunt.«

13. Râdha, Harem intuita in ianua domus viminalis, quae radiis unionis strophio in sinu ligati, cinguli aurei, armillarumque gemmis distinctarum illustrabatur, intrare haesitavit pudibunda. Tum eam exhortata est iterum puella:

Cant. 21. »Domicilium voluptatis, amoenissimum vimineti solum, intra, o Râdha,
14. Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, cuius os prae laetitia arridet.

15. Praestantissimum lectum, foliis viridibus Açokarum stratum, intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, in cuius papillis turgentibus supereminet fascia gemmarum.

16. Domum, florum acervis immaculatorum nitentem, intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, cuius membra ceu teneri flores sunt.

17. Domum, fragrantia venti, e nemoribus Malayae subsilientis, refrigeratam,

intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, cuius cantus suavitatem suam auget sensu voluptatis. Cant. 21.

Arbustum, virentibus viticum late proserpentium surculis dense obductum, 18.
intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, cuius femora longe requievere.

Habitationem, murmuratione examinantium apum melle exhilaratorum reso- 19.
nantem, intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, quae laetificas gaudia amoris.

Viminetum, cantibus consociatarum lusciniarum, verna aestate exsultantium, 20.
vocale, intra, o Râdha, Mâdhavae isti appropinqua, delectare, o tu, quae rubinos nitefacis albitudine dentium.

Largire, o Murares, auspiciis tuis centuplicem felicitatem cantori carminis 21.
huius, summo vatum regi, Jayadêvae, qui Padmâvatidi parat abundantiam gaudiorum.

Te longe animo fovens ille, cogitatione valde lassatus, amore vexatus, hau- 22.
rire desiderat nectarifluum succum, quo redundant labia tua, ceu Bimbarum mala. Orna eius membra; cur momentum est dubitationis in eo, qui veneratur nymphaeam pedis tui, veluti servus, qui exigua incurvatorum superciliorum comitate emitur.«

Illa, mixto timoris et gaudii sensu affecta, lumina in Govinda tremula figens, Cant. 22.
zona nitida tinniens, domicilium intravit. 23.

Redundantem quasi variis affectibus, intuitu vultus Râdhae manifestatis, 24.
qualis Oceanus, conspecto lunae orbe, exsurgentibus undis trepidat, conspexit illa Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio subiectum sese facie declarantem, manifestatorem amoris.

Eum, qui fasciam gemmarum, unione media illustratarum, pectori, lazuli 25.
lapidem referenti, imposuerat, quales undae Yamunae manantes multis spumae emicantis guttis distinguuntur, conspexit illa, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio subiectum sese facie declarantem, manifestatorum amoris.

Eum, coetu nigellorum mollium membrorum praeditum, flavo amictu indutum, 26.
tanquam caeruleam nymphaeam, cuius radix gilvo pulvere pollinum multo circumspargitur, illa conspexit, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desi-

Cant. 22. derio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

27. Eum, in cuius vultu, tremulorum luminum errationibus nitido, conspicuus erat amoris sensus, tanquam in lacu, autumnali tempore, lusitat par Motacillarum avium, gremium expansae nymphaeae supervolantium, conspexit illa, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

28. Eum, ad cuius vultum, nymphaeae similem, laetificandum congregatus est, ceu duorum solum, inaurium splendor, eum, cuius labia, risus nitore radiantia, gaudio tremula, more surculorum gemmascentia, excitant desideria amoris, eum conspexit illa, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

29. Eum, cuius coma, pulcris ornata floribus, placet, veluti nubes, lunae radiis medio illustrata, eum, in cuius fronte quod est signum Santalo figuratum, lumine lucet puriore, quam luna per tenebras emicans, eum conspexit illa, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

30. Eum, multa pilorum erectione horridulum, lusibus Amoris rite modulatis inhiantem, membra ornamentis, cumulatam gemmarum radiationem spargentibus, fulgentibus, laetificantem, conspexit illa, Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

31. Illum Harem, cuius ornamentorum coetus geminatur potentia verborum a pio Jayadêva prolatorum, qui praemia largitur pro pulcris facinoribus, corde semper tenentes, veneramini. Hunc conspexit illa Harem, uni studio devotum, longo iam tempore desiderio voluptatis occupatum, profundae laetitiae imperio sese subiectum facie declarantem, manifestatorem amoris.

32. Ex Râdhae oculis, qui studio pupillarum tremularum, viciniam lateris aurium transgredi molitarum, quasi lassati, deiiciebantur, decidit nunc, quum dilectissimum conspiceret, torrens lacrimarum, laetitia progenitarum, palpebras effugiens, flumini aquae sudoris similis.

33. Râdham, quae margini tori appropinquaverat, postquam coetus amicarum callentium, risum astuta aurium titillatione celantium, e domo exierat et puella pulcricoma amasii faciem, studio Amoris iussis obtemperandi laetificatam, conspexerat, reliquit nunc et longe abiit vel pudor, ipse pudibundus.

Vincit strenuus Muricidae, Kuvalayâpîdam elephantum ludentium quasi bra- Cant. 22.
chiorum oppressione interimentis, lacertus, floribus Mandârae, a dea Victoriae 34.
stratis, mactus quasi, cum elephanto depugnans quasi sponte insignitus minio.

Quum abiisset caterva amicarum, vidit Hares Râdham, cuius labia lavaren- XII.
tur risibus, sensu amoris, pudore retardante multum aucti, exhilaratis, animi 1.
esse desiderantis, multumque defigere lumina in stragulam, recentibus ramulis floribusque confectam. Tum amatam exhortatus est ita:

»Impone, o dilecta, nymphaeam pedis solo lecti surculis strati; torus iucunde Cant. 23.
ornatus, qui aemulatur foliis pedum tuorum, talem patiatur stragem. Cole 2.
nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Curam tibi offero manu hac lotiformi; advenisti tu e longinquo; age, su- 3.
perimpone stragulae compedem, quae motus tuos instar mei strenue imitatur. Cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Praebe sermonem propitium, tanquam nectar ex ore, ceu luna, ambrosiae 4.
receptaculo, defluum; removeo, tanquam separationem, indusium, sinum occludens. Cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Pectori meo superinfunde sinus tui urnam, nactu difficillimam, turgidulam, 5.
desiderio amati amplexandi quasi redundantem; exstingue urentem amorem, cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Dona me, o lucida, succo nectaris labiorum, fac ut reviviscat, veluti mor- 6.
tuus, servus tuus, tibi mente totus traditus, laetitia privatus, cuius corpus conflagratum est flamma separationis; cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

O tu, cuius facies lunae est aequiparanda, fac, ut zona gemmea comitetur 7.
modulatione congrua accentus vocis, seda molestiam aurium mearum, Kokilorum clamoribus sauciarum, cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Fac, oro, ut oculus iste tuus nunc desinat, memet, vexatione fatigatum, 8.
intueri ira infructuosa; occlude pudorem, largire fatigationem voluptatis; cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.

Cantus hic pii Jayadêvae, qui Madhuicidae laetitiam quovis versuum pede 9.
celebrat, generet apud amatoriam gentem delectamenta, quae alternantibus dulcis amoris condicionibus percipiuntur. Cole nunc, o Râdha, per momentum temporis Nârâyanam, te colentem.«

Cant. 23. Molimen voluptatis, in quo oriebatur obstaculum arctioris amplexus ex
10. erectione pilorum, observandarum intentionum lasciviarum e nictatione oculorum, hauriendi labiorum nectaris ex oblectamentis sermocinationis, consummandae voluptatis ex aemulantibus invicem lusionis modulationibus, id eis deinde exstitit augmentum deliciarum.

11. Ulnis obstrictus, mammarum onere oppressus, unguibus laceratus, dentibus per labia media sauciatus, feminibus protuberantibus concussus, manu caesariem arripiente attractus, profuso oris melle inebriatus, quam satisfactionem non est nactus amasius? Profecto inversa est via Amoris.

12. Quia illa opus aggressa est initio pugnae, Amoris signa prae se ferentis, lusus voluptatis variantis, festinatione nimia, vehementiae proxima: ideo feminum regio torpens iacet, laxatus decidit brachiorum vitex, trepidat sinus, occlusus est oculus. Qua ratione successerint feminis studia virilia?

13. Puellae pectus caeruleis unguium signis notatum erat, lumina lassitudine rubicunda, diluta labiorum purpura, comae corollis deciduis contritisque excussae, laxiusque cingebat zona amictum. Hisce ceu amoris sagittis, mariti oculos mane ferientibus, mirum est quantum animus eius ictus sit.

14. [»Te non potitus, quia tu, o pulcra, electione libera usa, me praeoptavisti olim in ripa oceani lactei, dominus terrae, Çivas, iratus, bibit, credo, venenum acerrimum« qui talibus pristini temporis recordationibus amatam occupat, dum indumentum removet, oculisque perlustrat gemmascentes quasi papillas, ille tutetur vos Hares.]

15. Divulsus est nodus comarum, disiectio est capillorum, sudore lubrica sunt tempora, conspicua labiorum morsorum venustas, rubore globulorum papillarum superatur fascia gemmarum, zona abiit in nescitur quem locum: tali sua condicione conspecta, licet manibus obtexisset sinum, femora, pedes, animum tamen Krishnae laetificat puella ista, corollae divulsae gestatrix.

16. Amatae hinnuloculae, exuberantis laetitiae effusionem continendi impotentis, os, quod oculis paullulum morsicantibus lepide arrisit, quodque labia nitore dentium, indistincta, perturbata, imbribusque suspiriorum interrupta voluptatis murmuratione conspicuorum, illustravit, haurit Krishnas post amplexum mammarum sibi impositarum, spiritibus elatarum, tali haustu beatus.

---

17. Deinde Râdha, consummata voluptate, membris omnino contritis, quum vidisset Govindam repente contentum, haec effata est verba, laetitia et veneratione mixta:

»In papilla, auspicatae Amoris urnae aequiparanda, o progenies Yaduida- Cant. 24.
rum, adumbra manu, Santali pulvere frigidiore, circulum musco figuratum« ita 18.
loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, animorum delicia.

»Collyrium, apum colorem despicatum, tuorum labiorum suaviatione nigri- 19.
tiei orbum, reinstaura, o amate, in oculis, iaculatoribus sagittarum Cupidinis«
ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, animorum delicia.

»In orbibus aurium, oculorum ceu dorcadum errationi libenter manifestatae 20.
finem imponentibus, stabili, o venusto amictu indute, inauria, quae reticula
Amoris pendula imitantur« ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yadui-
darum, animorum delicia.

»Circa vultum meum, nymphaea pulcriorem, immaculatum, gaudia excitan- 21.
tantem, tibi arridentem, adorna nodos, sempiterne nitidos, gregem apum insu-
per exhibentes« ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, ani-
morum delicia.

»In frontis luna, guttis fatigationis abstersis, pinge, o tu, qui vultum geris 22.
nymphaeae similem, signum musci fuco laetum, tanquam maculam interlunii«
ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, animorum delicia.

»Innecte, o honorifice, flores cincinnis meis splendidis, pulcris, voluptate 23.
dissolutis, cauda pavonis super imminente gestientibus, ceu flabellis vexillorum
Amoris« ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, animorum
delicia.

»Cinge, o magnanime, femora mea pulcra, amorifera, turgida; quasi cortes 24.
elephanti ceu Amoris, obstacula frangentis, ornamentis indusii, zonaeque gem-
meae« ita loquuta est illa, dum lusitabat progenies Yaduidarum, animorum delicia.

»Pii Jayadêvae sermoni victorioso, ornatissimo, quo franguntur aerumnae 25.
ex huius aevi sordibus oriundae, qui ambrosia recordationis facinorum ab Hare
gestorum repletus est, fave animo liberali« ita loquuta est illa, dum lusitabat
progenies Yaduidarum, animorum delicia.

»Figuris adorna papillas, pinge signa in fronte, cinge femora zona, comas 26.
abundantes honora corona, infige ulnis seriem armillarum, compedes pedibus
impone« hoc rogatus amasius, licet divorum is esset unus, ita fecit.

Tueatur vos Hares, cuius insignia maiestatis revolvuntur quasi imaginibus, 27.
multitudine gemmarum in crista serpentis principalis, cubilis sui, radiantium re-
percussis; qui quasi multiplicavit semetipsum, ordinem corporum alternando,

Cant. 24. nimirum ut centenis oculis contemplaretur filiam Oceani, nymphaeam pedis sui occupantem.

---

28. Quae sollertia sit in modulis musicis, quae sit contemplatio Vishnui devota, quae vera sit Amoris discriminatio, quae sint illecebrae poeseos; id omne e poemate Jayadêvae, docti vatis, soli Krishnae animum devoventis, almum Govindam celebrante, enucleanto intelligentes laetabundi.

---

30. A pio vate Jayadêva, Bhojadêvae optimi patris, et Râmâdêvidos matris filio, conditum carmen ad almum Krishnam celebrandum honoretur semper ore virorum, qui Parâçaram eiusque socios amore colunt.

oam
26.500

F I N I S.

V + R. (?)